



# **Super coelibatu monachatu et viduitate Axiomata perpensa Wittembergae.**

<https://hdl.handle.net/1874/429984>

**SUPER COELIBATU  
MONACHATU ET VI-  
ditate Axiomata per/  
pensa Vuittem/  
berg.**

**A.N.D. BO. CAROLO STADII.**

Recognitus & ab Autore opibus  
haud poenitendis laetus.


Susq; deq; fero risum cor meum  
dominus vnum iudicat.

VVITTEMBERGAE  
M. D. XXI.



**CIRCVMSPECTO BARTHOLO/  
MEO BACHIO CIVI ET NOTA/  
RIO OPPIDI IN VALLE. S. IOACHI/  
MI, FRATRI AMICO ANDREAS,  
CAROLOSTADIO.**

S. D.



**V**ox de fonte coelibatus effluxit, quem popularis clericorum cohors, velut numen, complectitur, atque quo ex eo erumnae & mala promanant, facilius est malorum inuenire inicium, quam finem enarrando. Pudet autem me vehementer, pestes tanti monstris singulas profere. Excogitatus est & hic lucri questus. Ut cetera complurima Rhomanis pontifices nocumenta, quamquam in speciem religiosa, pepererunt, ita & hoc mulcerale pecuniarum a Rhoma. Pontifex nobis est propostum. Videbat Pontifex Calixtus ( cuius mihi Bachi me ducas imagine ) Sacerdotum, potissimum rem familiarē dispensantium, vitam illam, in omnia mala propensam, vitam iniquā, quouis tenore peccata, & concipientem & propagantem, non posse, vel sine contingibus vel scortis transfigi. Illico oculos ad quiescum intentos paravit Cælixtus. Institutus est coelibatus. Neque sanctitatis cortice caruit. Intrinsecus vero spurcissimus. Nam ut pecunia studium, malorum radicem, sequitur Pontifex ille, titulus maximus, re ipsa minimus, sicut fide non potuit non abentare, & obscenissimum partum edere. Individuum erepsit ( mali corui, malum ouum ) coelibatus, argutus presbyterorum compilator, incitator concupiscentiae, redaudum apud inferos concinnator. Tum hominum mandata conscribuntur. Volant edicta, Atque circum circa constrepunt pontificiae constitutiones, De vita & honestate clericorum. De clericis coniugatis. Decubatione clericorum & mulierum, Et alia id genus Phariseorum miscantia fulmina. Permititur Sacerdotibus mulierum cohabitatio, sed honesta. At interdicuntur matrimonia haud. Paulo honestiora. Verum ut verant consuetudinem seminarum Sacerdotibus. Ita ad lascivientes contra fidem belle connivent pontifices. Id autem propter sanctum argenum, cui tantam Rhenani pontifices gulant sanctis

**Genesis. 6.  
Iacobi. 1.**

**Timo. 3.**

2.

moniam esse, quod nullum facinus tam sit impium quod non facile  
expiari possit, aut consecrari argento. Promide, ut oportuit, pecuniae  
appertenentes a fide, alege que sacra dei descivierunt. Cur a fide? Cur  
a diuina lege? Quia non modo id, quod multis exemplis scripture  
ad nos venit, imminuerunt, sed contra Mosaicas & Propheticas & Euana-  
gelicas & Apostolicas formas sanxerunt. Itaque videmus pontificis  
non ram defuderare animarum salutem, quam pecuniolam.  
Quandoquidem & hęc medicina non sit inventa ut vel preservet aut  
seruer a malo, verum ut purget crumenas. Subinde fatetur quidem  
scortationem esse peccatum, sed multo leuius (O scelus immensum)  
quam sit matrimonij contractio. **C** Sic fit euestigio diuina sapientia  
Pontificibus Rhomanis stultitia. Facum tamen suis somniis illinunt.  
Aliunt enim fornicationes malae sunt, sed emendantur pecuniis. Sic  
omnia pecunię studio metiuntur. Porro quod turpis est, noui iratos  
Episcoporum Officiale (ut dicunt) quod quidem Sacrificuli sui  
continentia, nihil in coquinulas intulerunt. Nunquid non auditis  
mus dictum quibusdam? Siue concubinatio tecum alas, siue non, au-  
reum concubinatus causa dependet? **V**ide mi Bartholomeę quid  
spectarunt in coelebatu pontifices? Quam illis fuit curę spirituum be-  
nitudo? & rursus quā cupientes pecunię? **A**ddest iam, nunc adest  
cacodæmonis laruae & ministri, qui presbyteris castratis & continen-  
tibus castitatem exprobrire audebatis? Effundite coram in publicum  
vocem, quā sub vestra tribunalia euomisstis, & porrecto & aperto  
pugno & finem & fontem coelibatus ostendite. Nonne hęc auris  
olim vobis apposita audiuit. Infructuosos vobis sane esse castros pres-  
byteros? Quot sublata vobis occasione nihil lucrī licuit emungere.  
Habes modo, nisi dormiam coelibatus authorem, finem, vilitatem &  
salutem, Cernis mi Bachii, quid pontifici suboleuerit, dum hoc mon-  
strum propagaret. **D**eberé post hęc enumerare, quot mala, quāta  
facinora, qualia flagitia, quot denique damna. Christianissimo cō-  
libatus attulit, Sed me pudor vetat referre, Quid fieri non potest, vt  
tantę foeditates, pręter nau seam, etiam sordidarum & agrestium aurū  
referantur. Vtinam demissa vox in aurem tibi quedam loqui posset.  
Horrees certe illa, quae auditores & iudices peccatorum (quos nūc  
Confessores appellant) a confitentibus didicerunt & me docuere.  
Dedocenda magis quam docenda. **E**go quidem neminem audiui  
peccata confitentem in aurem, sed didici ex aliis sc̄ fratribus, & for-  
tasse dei consilio mihi probebantur, ut hodie acrius in coelebatu inue-  
ter, ut a coelibatu nullū iuuēt non dehorter. Quid autē illos per-  
fidos fratres proculis p̄mouit, ut studio nō admodū p̄bādo, depositis ab-

uerentur & secreta proderent ipsi viderint. **H**oc scio, genus illud confessorum, esse genus rimarū plenū, atq; ab illis perfluere solere, quicquid infunditur. In coenulis, in comilationib<sup>9</sup>, inter pocula, sub ebrietatibus secreta illa, & fides in aurem credita, effluxerunt. At facio missa hanc, irascantur mihi sancti fratres vt volunt, modo ne lēdant, vt cuspient. Nec tamen ipsi sunt nefarii criminis precipui autores. **S**ed pontifices Romani, quorū voluntate & prudentia cœlibatus in Ecclesia dei institutus fuit. **P**roinde in caput Pontificū R hominorū pestilens illa colluvies refluit. Ego vero, sicut iudicio vestro, Ponfifices, flagitia levicula (quæ tiunt cœlibatu vestro) scelestissimæ facinora lege dei cōmonitus noui. Opinantur homines Monachū aut Sacerdotium aut Virginitatem tum conseruari, cum non peccatur, naturę permisſu. At cum eam Sanctimoniam intuentur, subcrescant multo peiora crimina, scilicet fornicationes cū diis alienis. Equidē vellem, scripturæ testimonio ductus, decem scortorū congressum, & alia fornicationē genera dissimulasse, quam ad vnum tale conniuere.

**D**eutro. 23.

**N**on me fugit illud scripturarū monumentū. Non erit mererix, non erit scortator in filiis Israel. Et quod ab omni fornicatione abstineremus debemus. Nec nunc loquor, de ardore masculorū in masculos, **S**ed de iis delictis ago, quæ seneiunt illi, qui secum vruntur. Falluntur magna cum iactura sacerdotes, monachi, viduæ & moniales exagitatō incendio cōcupiscentiæ, fiscenniū inter sacra canentes, si putant, se casti viuere, & prostitutis anteponendos. Faceant modo aures plus iusto castiores. Auriculas arrigat mens sacrarum literarum cupida. Opinan̄ se non delinquere, cum in cuniculis & cellis & solitudine, haud scio quid efficiat confiricatione. **D**ecipitis quidem nos, deū aīt nequaquam Non estis sic virgines, non continentes, nec casti, cum vrīmī, & ex incendio semen iactis vel in terā vel in vestimentū. Perpetratis semini iactū crimen & fornicatione & adulterio inoperabiliter peius, Nō tamen vestra sponte deuī. Sed peruersa pontificū Rhoma. doctrina seducti. At non euadetis pœnā, nam & decepti & impostores eandem culpam, diuerso tamen cruciatu, præstabunt.

**L**euiti. 18, &

20.

**D**e illo aut̄ criminē sic scriptura detonat. Si quis dederit de semine suo Moloch moriatur, populus terra lapidabit eū. Quod si populus negligēs fuerit, & dimiserit hominē, qui de semine suo dedit Moloch, nec voluerit eum occidere, succidam ipsum & oēs qui consenserunt. Igitur pœnam iuent, commutaturi vitam morte, qui semen suū dant Moloch. Occidentur & illi qui non obruunt hominē lapidibus, hanc iram ostende, sic in fornicatores & adulteros deseruentem. Atribuit in ficias, ii qui hymenū manu canūt, se Moloch. Ergo quis ē Moloch?

**C**œlibes cauere.

Non Moloch deus aliqest feticis, sive sit creatura in celo, sive in terra,  
sive sanctus, sive prophanus, modo sit feticus, non verus, deus, cui semel  
fundit. Non elebatur (si possunt) qui se diuis illis Dominico, Fracisco,  
aut illoris similibus dediderunt, & illis interim semina sua, licet repug-  
nantes, tribuerunt. Profecto Moloch, semen dederunt, quod daui sive  
deo feticio. Tum largiamur, if sos, neque spontaneo atritu, neque inuitos  
semen effusum, Moloch decuisse. Illud saltam non quibunt negare. cri-  
men esse grandius, si quis semen in terram, vel vestem, vel manum (sic  
honor auribus) spargat, quam si cum muliere congregatur. Ab emis-  
tandis est scelus apud deu*m* iactatio seminis in ten*m*, testante scrip*m*  
cuius haec sunt verba. Ille ad vxorem fratis introiens semen fundebat  
in terram ne liberi, fratis nomine, nascerentur, & idcirco occidit eum  
dominus, quod rem detestabilem faceret. Ecce scriptura rem detestabilem,  
vocat seminis fusionem in terram. Tale quiddam super scortatione vix  
inuenies dictum. Ad huc tamen suas virginitates, viduatus & sivos mo-  
nachatus, illi coelibes tutantur. Quam excusatione pretendent pontifi-  
ces, & quia coquinarii Officiales, qui facinoribus illis dant manubriu*m*?  
Crimen graue est fornicatio, grauius adulterium & incestus, omnium  
aut grauissimum ob coelibatu*m*, semen in terram vel cucullu*m* aut in inuo-  
lucrum serere. Seminis expressio tanto accurate studio est vitanda,  
quanto apud deum detestabiliter existit, & tanto diligentius carybdis  
illa est fugienda, quanto eam vehementius detestatur deus. Haec non  
scribo, vt oblectent, sed vt exquiuent. Penitite, me duce, Antichti  
stonum vincula, laqueos perplexos, carceres nocentissimos. Concessa  
sunt matrimonia, atque adeo, quod ne quidem Paulus audeat quoperiam in  
presbyteratu*m* aut diaconatu*m* constitueret, nisi illi, saltem una, fuerit vxori.  
Habes optime Bachii, pericula coelibatus, & quorsum ponti; ille Ro-  
ma; direxit telum, & quam nequiter aduersus phas & legem dei sta-  
tuit. Opinor enim te vel subodorari, quales animarum faces, coelibatu*m*  
tus potest: nobis adhibuit, quot pestes & mortes reipub. Christiane im-  
misit. Ego autn tam compte quam sortiter nunc pergo in fon-  
tifices Rhomanos depugnare. Id quod proposui, ut & ipsi tandem  
recipient oculos, quibus possint in Ecclesia dei versari circa iacturam  
nostram. Neque valeo, nostros ponti; ab inferno cruciatu*m* afferere, dum  
hereticorum suorum patrum vestigia sequuntur. Nam si eos ideo de-  
fenderem, quia ipsi non inuenierunt errores, sed inventos custodiunt,  
quid aliud sacerdem, quam quot & suas ipsorum sanctul*m* leges parum  
religiose obseruarem, atque legi diuinae obliuctarer. Quia aiunt ip*s*i.  
Efacientes & consentientes eandem penam portavires. Deinceps au-  
thoritati scripturarum saltam clanculum obfisterem, quae sic de Osia 3. Reg. 22.

Genesis. 39.

1. Timo. 5.

A. iii.

loq. intur. **O**sias autem filius Achab fecit malum in conspectu dos-  
mini & ambulauit in via patris sui & in via Hieroboam, qui fecit pecc-  
tare Israhel, Sic de Hieroboam, sic de aliis ludic scriptura, **Sic arcet**  
**vos Ezechiel. c. 20. dicens.** In preceptis patrum vestrorum nolite am-  
bulare, nec iudicia eorum custodiatis, **Nec in idolis eorum polluamini,**  
Tandem ergo nostrates pontifices vestigia suorum antecessorum vin-  
dicabant? Quin pocius condemnabunt duces coecos, & coecos  
seductos in specum Plutonis. **T**Nunc oram soluo, & conclusiones  
aliquot super coelibatu postridie Gerusalii hie expensas disputando,  
com munio, quis tibi melioribus digno, dedico, Ut hoc velut indic-  
simul cognoscas, quam obsequibilem & intentam in ista vota  
voluntatem habeo, simul quam mihi perditissimorum  
pontificum coepties, status, & pertinacia dolear,  
quam eorum me miserebam stupiditatis,  
quam me habeat pessime illorum  
in animas ferotia. Postremo  
tibi gratias pro tua  
in me huma-  
nitate  
modo ago, relaturus vbi potuero **Vale**  
foeliciter in Christo Datum Vuit/  
tembergae die Peri  
& Pauli.

M. D. X X I.

# CAXIOMA PRIMVM.

SIC VDVAS REICIMVS IVNIORES,  
SIC MONACHOS, SIC PRESBYTEROS  
IVVENE S COELIBES.

**D**ec primum Pauli fuit, secundum a similitudine, duc-  
tum est argumentum, siu in eadem causa, propter quā  
vetuerat Paulus viduitatem iuniorum mulierum. Porro  
inest legi diuinæ tractus ad similia rerum, ductus, sed  
intra vim potestatimque contentus. Etenim, nisi ad eas  
res, & personas coaptari lex posset, quæ quandoque erunt similes,  
multa tropologiæ dulcissima argumenta perirent, haud scirem qui  
tot visiones, tot enigmata prophetæ euulgasset, si usq[ue] Paulus argu-  
mentare pleraque, inanite & Moses, tabernaculum, iuxta similia  
nudinem & exemplar (in monte conspectum) efformauisset, neque  
noua ad veterem, neque veius lex ad nouam, velut duo cherubini in  
arcam testimonij conuersis vultibus viderent.

Ductus legis  
ad similia.

**V**erum enim vero sic posteriorem partem propositionis, a simili-  
tudine ductam, probabimus, vt nihil minus sit, quam apertis testi-  
moniis destituta.

1. Timo. 5.

**P**aulus ad Timotheum lequitur hæc verba.  
Porro iuniores viduas reiice, cum enim lasciuire cæperint adver-  
sus Christum, nubere volunt, habentes condonationē, quod pri-  
mam fidem reiecerunt, simul autem oiosæ discunt circumire domus.  
Imo non solum oiosæ verum etiam ganulæ, loquentes q[uod]a non  
oporter. Volo igitur iuniores nubere, liberos gignere, domum mis-  
tristare, nullam occasionem dare aduersario, vt habeat maledicendi  
causam.

Hæc Paulus Apostolus.

Nume. 3.

**V**iamquam Numeri. 30. palam dicat lex. **V**idua autem  
& repudiata, quicquid voverint, reddant, tamen Pau-  
lus vota viduitatis reicienda statuit atque vult Timothe-  
um, aut illius similem Episcopum reiicare viduas iunio-  
res, hoc est, minores annis sexaginta. Quādoquidem insuperiorib.  
docuit, quam senem viduam licet eligere, dicens. **V**idua eligatur,  
non minor annis sexaginta. Postea vero subdens. Iuniores reiice, taz-  
cite innuit, minorem annis sexaginta a professione viduitatis, omni-  
no repelliri debere, atque ad connubia mitti, quia subiecit. **V**olo  
iuniores, hoc est, minores annis sexaginta nubere, liberos gignere,  
domum ad ministrare. De qua nimis etate Leuiticus loquitur  
dicens, Sexagenarius & ultra, masculus dabit, quindecim sclos,

Iuniores  
qua sint.

Leuit. viii.

Fœmina sexagenaria. x. siclos pendat, Sexagenariam recipit Paulus, sed non omnem. Nempe solum eam, quæ fuerit vnius mariti vxor, in operibus bonis, hominum testimonio conprobata, si filios educuit, si fuit hospitalis, si sanctorum pedes lauit, si afflicti subministravit, si in omnibus opere bono fuit assidua, haec omnia & singula sunt in ea spectanda, quæ se se viduerais professioni mancipare volet. Atque adeo obvienientem mulierem, cui vel saltet unus non fuerat maritus, aut operum bonorum testibus caruerit, vel filios nullos educarit, aut fuit aliena ab hospitalitate, nullius sanctorum pedes lauit, repellit Paulus, eius quæ vota abjecit.

Nume. 30.

**D**ebent vidua vota deo promissa perficere, si vota non perdent et consilio alterius, id quo d caput illud. xxx. superius ascensu multoties docet & inculcat, scilicet. Si autem mulier in potestate vel patris vel mariti fuerit, tam viro, quam patri ius est, vel irritum facere votum, vel confirmare promissionem mulieris. Nunc autem non modo filii sub patris iure & potestate atque mulieres in autoritate mariorum agentes, sed etiam viduae, repulserique familia, omnes simul, sub eius viri nutu agunt.

Exo. 28.  
Psalmo. 1.  
Tit. 1.  
Ezech. 3. 4.

**Q**ui in humerali dostrinam & veritatem legis fert, portat quæ ius dicium filiorum Israhel, diu nocteque versatus in lege domini, quem nobis paulinæ litteræ sub oculos pingunt, scilicet. Qui possit in sananda doctrina exhibortari, atque reuincere contradicentes, errantes reuocare, sanare infirmos, fortes confortare, atque dissolutos alligare, sub eius inquit viri magisterio, authoritate, dominoque & viduæ & coniugate, & filiæ familiæ, & viri, & pueri pendemus.

**Q**uoniam summa. Professio viduitatis, aut si manus tota consumatio voti, in nutu & renatu viri illius existit, cui Paulus dicit. Juniores rejece, Voleat quepiam viduitatem mulier, & votum iureurando vestit, confirmare, & iuret, adiuret, semel saepius, decem, aut mille annos, se a viri lege semel solutam, professuram postea viduitatis sanctimoniam, non prestabit votum, nisi doctus Episcopus ( qui per legem & oracula diuina, non per pontificias nugas respondere aut consulere queat ) vel tacito silentio ( posteaquam mulieris votum cognouit) viduitatem conprobabit.

**V**erum si contradicit, infirmatur & votum, & adiectum iuramentum, & omnis inuentio. Ipsaque mulier pacem habet, quæ secunda per legem defacta scit, quoniā illi propiciabitur dominus, quia contradixit vir, in lege domini gnarus. Nolo virum in lege Pontificum Rhomanorum perire, sed in sola domini lege eruditum.

**P**roinde mulierem ad viduitatis professionem propendenter, scire oportet,

scire oportet, vobis cius ab Episcopo Timothei similitudo penitus pendere, itaq; sinat sese doceri, & docentis obsequatur.

**T**imotheus Pauli iussu, juniores viduas rejicit, & ad partum liberos, ac administrationem dom<sup>9</sup> adhortatur, imo pellit & trudit. Ideoq; si miles Timothei ponifices, omnem mouere lapidem debent, ut juniores nubant, vt liberos alant, ut domum dispensent mulieres. Verum dum aliquis Episcoporum veller Timothei & Pauli, sola dignitate & titulo, similis esse, & dissidere sensu, atq; in oribus. Intelligent mulieres tum consulendum esse dominum, qui coquarentibus legem suam, in commune nobis adhuc adebat & loquitur, & consulit, cuius verbum, luceina pedibus nostris est praesto. Quidam si diligenter quis assedit aurum, a vero & iusto, haud quaq; aberrabit. Una certe domini consilia nobis sunt imitanda. Quis si imitaris liberaberis a via mala. Nempe. Si steriles in consilio meo, ait dominus, auertissim eos utiq; a via sua mala. Nimirum his verbis & consultores & consilia perquirentes prope hec irahit ad demum consilia. Huc pertinet, quod proverbi. c. 2. legimus. Cuius odiet recto sum salutem, & proteget gradientes simpliciter, seruans semitas iustitiae & vias sanctorum custodiens. Hoc a consiliis atq; precepis domini minime abhorret. Qui sic prefatus est Salomon. Dominus dat sapientiam, & ex ore eius prudentia & scientia. Nam haud possunt a prudentiis in absurrae consilia. Ergo sola domini consilia, atq; praecepta, vias sanctorum custodiunt semitas iustitiae conseruant.

**T**roinde non quibunt mulieres vel semitas iustitiae vel vias sanctorum gradum, nisi in consiliis atq; mandatis domini gradiantur. Porro intra consiliorum preceptorum diuinorum septa, Pauli sermo continetur, dicentis, Juniores annis sexaginta rejice. Itaque per domini consilium, atq; iussum se repulsas sciat mulieres a professione viduitatis & virginitatis, eis quae sunt annis sexaginta minores. Norint se dispensatione rei domesticae descendendas. Ceterum neque ociose neque frigide refugiant sterilitatem, atq; derestatur mulieres sancte, Sara, Rebecca, Rachel, Lia, Anna atq; Elizabeth, & plures alias sanctorum patrum uxores. Anna exprobavit dominum, q; concluserat vulvam suam. At nostre vestales tribuunt laudes, quod ipse suas alios, alioqui frugiferas, possunt occidere, Anna sterilitatem efficit. Moniales nostre laudibus sterilem attollunt uterum, tamen abest ut defleant. Anna testatur se mulierem nimis infelicem, neque vino temulentam, sed multitudine doloris, & meritis pene extinctionem. Moenachae autem nosirantes se felices atq; iterum felices ostentant, si nunquam concipiunt partem, quos accedere valuerint. Neque tamen caste vicitant, dum sua sponte sterilescent. Nempe quicquid illud est, quo uxores, liberos, non admodum caste concipiunt, illud ipsum grauitate ardoris & impetus

psalmus, us

Proverb. 2,

Geff. 16. 23. 29  
1. Reg. 1.

LII, 1,

B

**I**n prauissima desideria pellentis supplent. Itaq; vi sterilitate spontanea  
a sanctis vxoribus discrepant, ita quoq; castitate sunt ex diametro inf  
tiores.

Gen. 16.

**M**emorabilis est historia Sarai, coniugis Abrahams. Hæc enim ma  
ritus maritum ad Agar ancillam Aegyptiam ingredi, & ex ancilla filios  
fuscipere, quā sterilitatis notam ferre. Non dubie teneo, Sarai doluisse  
mariti ingressum ad ancillā. At illo cruciatu maior erat sterilitatis dos  
lorum. Neq; desunt alię coniuges, quibus perinde sterilitas doluit, atque  
Sarai. Id quod in Rachele & Lya cerni potest. Quando Rachel ait  
marito. Da mihi liberos alioqui morior. Præterea non modo vxores,  
vteri infecunditas male habuit, sed etiam maritos anxit. Nam eam ob  
causam Isaac deprecatur est dominum, p vxore sua, eo q; estet sterilis, qui ex  
audiuimus eum, & dedit conceptum Rebeccæ. Præciola res erat veteribus,  
liberorum editio. Contra, sterilitas lusionibus digna. Propter fecundis  
tatē vxoris precatur ad dominum Isaac. Propter peccata petit Osee, ut im  
pijs deus matricē obstruat, dicens, Da eis dñe vuluam sine liberis, &  
vbera arenia. Ex maledicto, ex vltionis appetentia, ex ira flammis,  
hæc imprecatio destrepuit, non ex pietate.

Gen. 25.

**A**tqui ut Moniales nostre, eū dñs alienis fornicanter, hoc est cum  
Dominico, Francisco, Clara & ceteris dñs si sticj, atq; sicut idola se  
quuntur, ita decora sua conspurcaverūt affectata sterilitate. Percipite aut  
ibis? Ethnicae puerelle magis q; Christianæ, percipite inquit? Lycant  
eum, dicentis, Beatam me dicent. Hoc dixit pro beatitudine part⁹, que  
illi Balam ancilla pepererat, que ideo se beatam putavit, quod sterili  
tatis signum niniā alieno partu potuit oblitterare. Lya deinde se dore bo  
na predotata arbitrabatur, q; misericors dñs dignabatur, & illi ven  
tris fructum donare. Indidem liberos, dei dona, non nunq; appellat  
scriptura. Post hæc & Rachel fecunditatem alui attollit, dicens, Ab  
stulit dominus opprobriū meum. At dicer aliquis, quorū hæc ten  
duntur? Hæc de uxorib⁹ sunt prolata. Ad virginēs non attinent, Fator  
profecto virginitatē esse custodiendam, ab h̄s que citra periculū id  
possunt, verū agitatas incendio concupiscenti, nubere prorsus volo,  
ad coniugia sua deo, dehortor ab illo gentium deæ vestæ conueniū.

Gen. 30.

**Q**uoniā Moniales suo cultu non imitantur Christianos, sed Ethnicos  
& diuinas illas Claras, Benedictinas, & Dominicas in locū Vestæ  
posuerunt. Id quā est alienū a maiestate, a voluntate dei, Relinquo ut  
dicandū sacrarum litterarū accuratis inspectoribus. Tacere nequō in  
Conuentibus Monialib⁹ haud q; q; conseruari virginitatē, quam Pau  
lus commēdat, suppululari vero didici nefandissima scelerā. Necant

Vesta.

**6.**  
aliquæ liberos, quos nondum ediderunt. Deinde obsistunt nonnullæ  
conceptioni liberorum, eadem tamen scortationi nō obsistunt. Quid  
ego illis inculcare audeo nisi vt matrimonij sese iungant euestigio,  
Apud ad matrimonia, atq; preserit ad ea aspirantibus voto, sterilita  
tis ignominiam cur non ostenderem? Quid ni eos rogarem? Cui non  
impellerem ad propriū officium? Officium mulierū est, vt sint so-  
ciae, vt sint auxilia virorum, vt solitudinem ipse excolant, vt mundū  
liberis consilium nobis exhibeant.

Cen. 2.

**N**eç*;* ioco, neç*;* frustra, scriptura tot locis p̄cipit, atq; in hæc ver-  
ba loquitur, Crescite & multiplicamini, & replete terram. Hoc præcep-  
sum, vt est primum, & toties ingeminatum, ita cum maiori voluntatis  
propensione studioq; est explendum, ita similiter debemus illud fre-  
quentissime excipere. Solet etern ingeminatio & reiteratio sermonis, in  
geminazione, velut instantia exigere & vigere. Ideoq; non me laboris  
redit locos aliquot scripturæ ad id conferre. Habemus hoc præcep-  
tum Gene. 1, 8, 9, & reliquis in locis. **N**eç*;* te latere volo, vni perso-  
ne hoc præceptum refricuisse dominū. Si quidem dominus ait ad Ia-  
cob, Crescite, & multiplicare. Quid multis: hanc benedictionē vbe-  
tatis videmus in prouerbio fuisse benedicentium. Nam Rebeccæ  
sic bene operaverunt, dicentes, Crescas in mille milia. At non solum  
præceptum illud dominus proposuit, sed & spiritum eius prodidit,  
contestingans multiplicationem eius esse munera, non humanæ facultat-  
eris, dicendo, Faciam te crescere vehementissime. Ecce misericordia  
ter facit, atque præstat, quod iure exigit. Aique non solum p̄hs, sed  
& alii s & ancillæ filijs tantum beneficij clargitur. Hismaeli etern can-  
dem misericordiam pollicetur, ac defert, inquiens. Benedic ei, &  
augebo & multiplicabo eum valde. Id quod ancillæ Abrahā i sp̄o  
ponderat. Nunc quis non tenet, quam sunt ad matrimonia hor-  
ranti quos aptos nupcijs dñs effecit?

Cen. 1.

**S**i quidem illi & præceptum, & vires a domino donatas habent,  
præceptum esse quis potest negare? atque quis nō uider, dominū ideo  
socias uxores creauisse, ut quisque sua cum uxore terram adimpleret?  
Respondeant Monachæ Monichicq; Equi & equæ, quos preter mar-  
rimonia, urit carnis libido, an sint ab hoc præcepto exempti?

Cen. 35.

**T**um edisserant, utrumlibet uinculum fortius sit, an dei, an Papæ.  
Verum enim uero cum utriusque uinculis distinguntur, cuius adhe-  
rebunt potissimum iussibus: Juratas uos assentis uestrīs conuenticulis  
pertulæste item diuis uestrīs? Ideoque metu fractæ humano pertur-  
patis diuinum iussum, & ponitisq; lamiā colitis.

Cen. 24.

Gen. 17.

Gen. eodem

Gene. 16.

Iure quoq; an iniuria dei? Quando domino deo multo magis est obsequendum. Priors estis alligati deo, tum per ignorantiam pontificis specui. Repite quæso e lacu pontifici, serenum coelum dei suspicite, colite terram, cōseruate sic etatem humanam, suffragia viris debita exhibentes. Quoniam sic eritis summo, optimo, maximoq; pontifici obtemperantes, & feliciores.

Gen. 15.

**P**ostremo, quod ad huius argumenti loci pertinet, nolo vos fatigare de verbo dei nihil casurum, neq; quibunt verba dei transire vacua. Cœlū illud, terraq; transibunt, verba dei non transibunt. Facies mundi, quem philosophi perpetuum menciantur, antiquabuntur, de verbo dei nequidem apiculus deperibit. Nunc autem nulli non est nos, quod de Abrahamo semen despondet in numerū, dicens, Suspice coelum, & numera stellas, si potes, qui subiecit. Siç erit semen tuum. Itaq; semen Abrahæ fore oportet sicut coeli stellas, arenā maris, terrenq; puluerem, innumeros oportet esse promissionis & vītē æternē filios. Porro cum numerū haud quaq; alsequemur coelitatu. Ergo nubite mulieres, Si spiritus vester ad nupcias vos ducit, pulso metu perfidiæ, voi, iuramentiq; Quando pontificia tela subtilior sit, quam quæ possit angitorum facinorum metum inferre.

### **D**E OPERVM DELECTV.

**C**nunc ad alium venio locū, in quo diligenter animaduertitis operum & ministeriorū discrimen atq; delectum. Et cum primis scito, Consuetudinē vestram, a consuetudine Christi, voluntateq; diuina remota. Quādo operas quas primū exigit deus, vos totò æuo vix semel præstatis. Quin potius haud usq; fatigatis operari, id quod maxime dominus poscit. Facitis quidem in coenobij vestris quæ fieri queunt sed non prima, neq; talia, neq; tanta, qualia atq; quanta operamini. Est in vita vestra neglectus & loidida oscitatio. Est in operib; stulticia & coarguenda vanitas. Est in cursu preposterus ordo. Quantū dei interest ausim statuere, Deum, & vos, & opera vestra querari. Adeo ite dem audeo pronunciare, dei vestro studio sepius offendii, rarius placari. Vos omnem salutem in operibus sitam opinamini. Ego nihil salutis, plurimū damnationis operam vestram habere non dubito. Operibus bonis nihil addimus deo, neq; malis detrahimus. Opera nostra proximum aspiciant, in fratres effluant. Hæc quo planius exponam, ordine disseram. **¶** Id quod deo placet & obsequitur una fides est, a q; ne quidē caritatem, aut fiduciam, vel spem, vel timorem dei diuella. **¶** Nihil istic quod diuinā maiestatē ledit, q; fallax incredulitas. Nulla magis oblectatur deus quam fide. **¶** Nobilis est super hoc dīctio

A.

historia; memoratu digna, atq; leuis portari, quā vđut munimenta  
eius; quod propositū est afferre; destinaui, quia prolixas confirmatio-  
nes iam nō vacat coapare. In Numeris. c. 14. Usq; q; detrahit mihi po-  
pulus iste. Quousq; non credent mihi in omnibus signis, quē feci co-  
ram tis. Feriam igitur eos pestilentia atq; consumam. Hæc redargutio  
satis ostendit, deum incredulitate lœdi, atq; eius gloriā attenuari, quia  
dicit. Usqueq; detrahit mihi populus iste? proficisciatur aut ea detra-  
ctio ex incredulitate, quoniam sequitur. Quousq; non credent mihi?  
Itaq; probatur, deum exacerbari per infidelitatem. Id quod aliis pros-  
phetarū approbat, dicens. Sicut in exacerbatione in deserto ubi tenta-  
uerunt me patres vestri, probauerunt & viderunt opera mea. Proinde  
sequitur diuinam maiestatem offendit infidelitate. Porro incredulitas  
crebro ac insectanter diuinā voluntatem obiurgat & blasphemat. Pre-  
terea omnia in malū cedunt. Nam pollutis & infidelibus nihil est pu-  
rum, sed polluta est illorum mens & cōscientia. Quippe pleni sunt Tit., 1,  
hypocrisis, pleni simulationis, pleni abominationis, pleni reproba-  
torū operum, dicente Paulo. Deum profitentur sescire, cæterum factis Eodem  
negant, cum sint abominabiles & ad omne opus bonum reprobati.  
Moses maledictor, tragediā mouet aduersum eos, qui domini vocē Deu., 28,  
non audiunt. Is simul atq; expuit maledicta penas sequissimas eiacula-  
tur. In summa. Sicut sola fides inseruit deo. Ita vna infidelitas ad-  
versus deum tumeret. ¶ Fides, cibus est vite, haud deperiens. Increduli Iohann., 6,  
nas cibatus est mortis, affidue disperdens. Fides opus est, cui omnia Eodem,  
opera obtemperant quodq; suspiciunt cetera. Cuius contemplatione  
nihil est non sanctū, non purum, nil non syncerum, sicut Paulus ait. Tit., 1,  
Omnia quidē pura puris. Et alibi, omnia cooperantur in bonum, nō  
qui vocari sunt sancti. Verum haec fides unico verbo inspiratur & ad  
seruat, teste Apostolo. Fides ex auditu, auditus per verbū Christi. Cui Ro., 10,  
non est alienū. Si audieris excelsior eris. Si nō audieris maledictus eris. Deu., 25,  
Qui audit & credit, hic viuet, qui non audit hsc condemnatur. Siquis I, Pet., 1,  
dem renascimur per sermonem dei. Nunc aut̄, & natiuitas, & vita iusti Jacob., 1,  
& excellētia, e fide pendent. Igitur a verbo. Contendimus vero omnia  
reuereri fidem tanq; parentem, & omnia illi primas iure voluntateq;  
dare. Ergo verbo dei (quod verbū est fidei, spei, caritatis, fiducie timo-  
risq;) omnia cedent. ¶ Id ego per Euangelicos testes probare volo.  
¶ Matrimonij contractus ab initio laudatus fuit, is tamen stat, dum  
eius cursu prepedit Euangelij annuntiatio. Quod domin⁹ testatur de Lu. 14,  
eo, qui rogatus ad coenam respondit. Vxorē duxi venire nō possum.  
Illi volenti sponsalia persequi, dominus ait, qui vocatus est, dignus  
honoret. Hac enim responsione (qua & alios incessuuit) testatur dñs.

Dominicam cœnularum nup̄ c̄s alioqui non illaudatis anteponendam.  
Cœnantes capescere cibum, quis inficiabitur? At cibus domini verbum  
dei est. Sicut scribitur, nō in solo pane vivit homo, sed in omni verbo  
quod egreditur de ore domini. Et ob causam Christ⁹ sic orat. Sancti  
fica eos per veritatem tuam, sermo tuus veritas. Sic per sermonem da  
sanctificantur, & aluntur concionatores eius cœnæ ad quā dominus euo  
cauit. At hæc ratio minor est, quā a tantis sanctulis coelestibus exci  
piatur. Quādo ipsi non sic contēnunt luxuriā, sicuti nuptias execrant.  
Proinde missam eam faciamus.

March. .  
Deute. 8.  
Iohan. 17.

## SEPVLTVRA PARENTVM VERBO DEI CEDIT.

Gen. 50.

Lucas. 23.

March. 5.

Nunc venio paulatim ad grauiora, & hic vos, ridiculi cælibes, an  
nvetis, sepulturā, officium esse haud illudendū. Ioseph namq; patrem  
suum Jacob sepelivit, ac ad patris sepulturā comites nō ignobiles aca  
ciuit. Verum si hoc vel officiū vel opus cum auditione vel annuncia  
tione verbi diuini componas, videbis Christo iudice, fere nullam esse  
parentū amicorūq; sepulturam, adeo vbiq; verbi euulgationi cedere  
sepulturā. Apponite aurem Christo, is conspicue docebit vos, eaten  
esse magna paruis præferēda, quatenus debeatis etiā minora reliqueret  
& maioribus incumbere. Ihesus ait ad alterū. Sequere me. Ille autem  
dixit. Domine, permitte mihi pīmū abire, & sepelire patrem meum.  
Dixit aut̄ ei Ihesus. Sine ut mortui sepeliant mortuos suos, tu vero va  
de & annuncia regnum dei. Quod posset hoc sermone clarius afferri  
testimoniu: quo probari licet, maiestatē diuini verbi tantā esse, cui pas  
tentum sepultura cedat. Imo videmus relinquentia sepulturam, quæ  
verbi prædicationē impedit. Porro auditionem & prædicationē verbi  
merito compono, id quod alia paremia infra probabitur. Christ⁹ ait.  
Sine ut mortui sepeliant mortuos suos, Mortuus ille: quæ humare dis  
cipulus voluit: pater erat, discipulus filius. Tamen vetat illi patrem se  
pelire, & ad verbi dei predicationem extrudit. Fateamur incredulos,  
mortuos esse, & eorum sepulturā eis esse negocio, qui quoq; incredulit  
ate obierunt. Neq; tamen ideo negabimus nephias esse credulo, si insi  
delem patrem terē commendet. Quippe perfecti debemus esse, sicut  
in celis pater, qui facit solem suum oriri super bonos & malos, qui ho  
mines & iumenta saluat. Iubet etiā Moses, vi & fratres fidei & aduenas  
benigne tractemus. Ergo Christus non subduxit discipulū a sepultura  
patris, sine respectu, at tum ab illiusmodi officio traxit cū verbi diuini  
prædicatio impeditur. Id quæso in cordibus vestris alte reponite. Scio.

enī & in hac te vōs hallucinari & perperam iudicare homines, condēnare tales, quales Christus exigit. Ceterū quam debeatis, ob pericula legis dei capiendam relinquere sepulturas vestras nūgales iam deditis. **N**unc venio ad aliud officium hanc improbandum.

## **D E SALVTATIONE proximorum.**

**B**reuiiter hic perfrinxisse yolo, humanitatem dicentū salutationes & vale, nequaq̄ exprobrandā. Id quod passim in Paulinis Epistolis cernere quibitis. At erat quidem alius discipulus, qui dixit. Sequar te **Luce. 9.** domine, sed permitte mihi prius, vt dicā vale ii, qui sunt domi meę. Ait ad illum Ihesus, **N**emo qui manu sua admota arato respexit a tēgo, aptus est regno dei. Procul dubio fuerit, eum discipulū missum ut prædicaret verbum dei, quoniam in principio. c. 9. Luce ( vnde hec huic transposui) scribitur. Misit illos ut prædicarent regnum dei, Tum constar ex facto & verbo proxime cohērente (scz, Tu vade & annūcia regnum dei ) eundem discipulū præ dicandi Euangelij mandatum subiisse. **S**ed tamen ob id offici, Christus dicit discipulo (volenti domesticis suis valedicere ) Nemo aptus est regno dei , qui manu arato, hoc verbo dei, apposita, videt retro, hoc est ad amicos. Hic ego quā vos aqua apergam, qui operas dedicatis, quas odit domin⁹. & tamē maululis easdem prodigere, q̄ verbum dei obseruare. Licitā est salutatio, licitaq̄ similiter valedictio, tamen licita, ineptos faciunt, si maioribus detrahunt.

## **D E HOSPITALITATE.**

**A**d hospitalitatem venio, hic nihil precibus impetrare conabor, quod vos debetis, scripturis īcti, & devinēti adseuerare. Velle saepius scripturā ut simus hospitales, E multis vnum vobis obtendam, Illud **Matt. 25.** Christi, Hospes fui, & me receperistis hospitio, igitur venite & percipite regnum, aut sic, hospes fui, & non collegistis me, Ideo ibitis in suppliū aeternū, **V**idete quid vobis hospitalitas offerat, Evidem opīnor gladium & oleam, mortem & vitam. Conferte hospitalitatis opus, ad auditionem verbī dei, Tum audite pronunciārem Christū, atq̄ eius sententiam sine murmure comprobate, Erat mulier quēdam Martha noīe, q̄ illū accepit in domī suā (viden q̄ collegit hospitio) nota sequentia, Maria autē assidens ad pedes Ihesu, audiebat verbum illius, **M**artha distrahebatur circa frequens ministeriū. Maria ociosa dicit verbū dñi. **M**artha Mariā ad hospitalitatē & ministeriū vocar,

Ihesus autem excusat, dicens, Maria bonam partem elegit, quę non au-  
sceretur ab ea. Hęc sententia Christi, duo nos erudit, Primum idem iuris  
habere discentem dei verbum, quod habet docens. Siquidem hoc nō  
difficile, ex prioribus dicitis, huic collatis patebit. Secundum docet hęc  
alteratio duarū sororum, haud iniudicata. Maius quiddā esse, discere  
dei verbum, q̄ ministrale. Proinde aperite oculos, diiudicate consuet  
dinem vestram, & opera. Melioribus primū stude, tum minorā tran  
sigite, si vacat & licet, prudentes estote, oleum in lampadis obseruate.

### PAUPERVM EELEM OSINA.

**C** Porro non modo hospitalitas suos oculos in voluntatem verbidi  
tini, veluti reginam, subrigit, sed etiam ipse succursus miserorū. Nam  
cum Judas obstrepuit et Christo, preferenti effusione vnguenti, acas  
texisset, potuisse vnguenti illud venire, & dari pauperibus. Respon  
dit Christus. Pauperes semper habetis, me aut̄ non semper habetis.

### PARENTIBVS FILII NON DE

**C** Incredibilia ḥs duo ponamus. Adeo antecellere nōib⁹ multis  
annunciationē & auditionem diuinī verbi, q̄ om̄ia externa relinquā  
da non ambigo, quibus vincitur aut impeditur dei sermo, quia Chri  
stus ait. Nolite arbitrari q̄ venerim mittere pacem, sed gladiū. Veni.  
separare hominē aduersus patrem suū, & filiam aduersus matrem &c.  
Hoc de ḥs dicit, qui docent aut discunt dei verbum, id quod cōtextus  
Euangelicus, & latens illa voluntas copiose cōincit. Huic Mosen ad  
damus, dicenter. Qui dixit patri suo, & mari suę nescio vos. Esra  
tribus suis, ignorō illos, & nescierunt filios suis. Hi custodierunt elo  
quium tuum, & pactum tuū. Euolute post hęc vnam aut alterā pa  
ginam, dispeream, si non offendetis Christū id matrī suę, q̄q̄ om̄is  
sanctissime, fecisse. Dixerat enī quidem. Ecce mater tua, & fratres tu  
foris stane querentes te. Cui respondens Ihesus, ait. Quę est mater mea  
& qui sunt fratres mei? Quo distant, quę est mater mea. Non noui ma  
trem meā. Evidem non cerno discrimen horum sermonū. Qui sunt  
fratres mei. Fratres signoro vos. Nisi quod ille fessiūor, & acrior est ser  
mo, ut pure sale conditor, hic vero simplicior & agrestior. Spectate  
illud omissi Christi in templo quid responderit, parentibus dolentiae  
plenis. Quid est, ait filius parentibus, q̄ me dolētes querebatis. Nescie  
batis, q̄ in his q̄ patris mei sunt oporet me esse. Audiuist aut̄ doctores  
& interrogauit super scripturę sentencias, pocior ergo est operatio ver  
bi dei, qualibet alia re. Nam quāq̄ alioqui praecepit habeamus super  
diligendis

Colossi⁹. 12.

Matthæi⁹. 10.

Deutero. 33.

Matthæi⁹. 12.

Locr. 2.

Exo. 20.

diligendis parentibus & habeat secum suam prōmissionem. Ammen  
nihil verius fuit Christus, sanctissimę virginī matri suę dicere. Quid  
me queritis, nescitis q̄ in his oportet me esse, quę sunt patris mei? Item  
quę est mater mea.

Eph. 6.

**C**Nunc vos Moniales vici q̄; conuenio, & per viscera Ihesu Christi  
obtestor, vt idem dicatis muscosis vestris prepositis, & Monachis, qui  
per suas traditio[n]ulas a verbo dei vos faciunt alios. Dicite intr̄pide  
Quis est meus pater? Quid est quod me queris? Nescis q̄ in his quæ  
dei sunt oportet me esse. Absq; periculo Christi factū imitari poteris.  
Addite potestati vestre laudabilem istam voluntatem. Optare mucros  
& rōnchos & plagas magis tolerare, q̄; a lectione, ab audiūne, a pres-  
dicatione submoueri. **C**Baptizationem similiter cedere predicationi,  
videtur Paulus astriuere, dicens. Non misit me Christus vi baptizām  
sed vt Euangelizārē. Paulus erat vas electionis, quod nomen Christi  
coram regibus & vulgo portabat. Necq; alia re poterat gloriā Christi,  
plus illustrare, q̄; verbo. Eo pisebatur homines. Eo genuit sat & eos in  
Christo. Eo baptizauit intr̄secū & inuisibilēm spiritū. Eo cōrda au-  
ditōrum inflāmatit. **E**t sc̄p verbi publicationē externe illi baptismi  
adeo proposuit, vt nihil cum etaretur testari, se missum ut prediceret, nō  
verbapūz̄er. Pr̄st̄at itaq; verbi predicatione baptismō, atq; insig[n]iter p̄  
stat & modis certe multis antecellit. **I**nd quod iatione, ducta e Christi  
dicto: probari potest. Nam Christus ait, Qui non credit iam iudicatus  
est. Item. Qui crediderit & baptizatus fuerit, salutis erit. Qui vero non  
crediderit condemnabitur. Summa credentia fides existit, & melior  
est fides baptismō. Propterea dīsait. Qui non credit condemnabitur.  
Hęc cauda fatis ostendit q̄ sic baptismō precellentior fides, iniunctū q̄&  
baptismō sine fide nullus est, neq; plusculū sanctimonie baptismi in  
credulitatem demersis aqua conferit, q̄ potest imersio mergulorū eis cōfene.  
Fortasse foret utilior ablutio balnei, q̄ baptisatio, q̄ hęc non exigat  
sordes, illa vero corporis immundicia eluat, & corpū expoliat.

Johan. 3.  
Mar. 11. lūmo

**C**Nunc si nihil valet baptismus sine fide. Insterim baptismū nihil  
valere sine verbo, quia fides per verbū Christi insit, atq; per ver-  
bum cōservatur, sicut scriptū est. Servās semitas iustitiae, & vias sanctio  
rum custodiens. Proinde possessionē mea in iusta esse opinor. Qz  
omnia externa locū dant verbo. Ideoq; si cursum & operam verbi  
pr̄p̄diūt, arcenda sunt ipsa, quę possunt vici unq; impeditre verbum.  
Consistent nuptiæ, stabit hospitalis pieras. Tenebit gradū sepulura.  
Retrahet pedem succursio miserorū. Tarcabit filiosū (ergo charos p̄-  
rentes) obsecratio. **I**n summa, nihil est, quod non desigat oculos in  
voluntatem & imperium verbi. Hoc iudicium quantulcumq; exerit, vobis

C

commodo, atq; sic cōmendo ne temere quempā excremī, quā  
parum religiosum, qui non in minoribus vestris furit aut perpetuo in  
minimis veluti in syrenis scopulis infenescit. ¶ Alienos autem  
iudicatis iniquissime, quia nō secundū legem dei, sed secundū faciem  
humanī pectoris decernitis. O miserē vos puellē, o perdite nymphē,  
o insensata aetas. Quoniam decimatis mentam, rutam, & cyminū, & re-  
liquas minutias, maiorā vero legis negligitis. Vos iudicat vox Christi,  
liberos autē in Christo iudicat stultū & demens cordis somniū. Hoc vt  
est edentulum, sic nō mordet. Illud vt est diuinū, ita solo iudicatu in-  
terficit, quia spiritu oris necat.

¶ Pro coronide vobis hanc rem haud audebam eclarē. Nec mū-  
mura siue preculas vestras, nec sacrificia vestra dēum magnificare.  
Immo quās vocatis orationes. Esaias abiicit & proscribit, nisi eas mū-  
dicia cordis ante eat, dicens. Cum exten deritismanus veltras, auerant  
oculos meos a vobis, & cum multiplicauerit orationem, non exau-  
diam. hucusq; cetera infra persequar. Nunc vestras aures alioqui la-  
pides obstruitis. Si non audietis, audient lapides, & fatebuntur, domi-  
no deo, extentas ad orationem manus nequaq; placituras, nisi primū  
corda laueritis fide, atq; cordis mundiciem fueritis affsecuti. Videte hoc  
ipsum dehorin entamentū. Cum multiplicaueritis orationem nō ex-  
audiam, Putatis Esaiam orationes vestras absimiles notauisse? Iudei  
erant titulo ac in speciem fidēles. Quales sunt omnes simulati & fictici  
Christiani. Quales vos esse, possum non triuole pronunciare. Porro si  
preces multiplicatas deus aueritur. Cur totas dies noctesq; insumitis  
orationum multiplicatione? Atq; sic ætatem proteritis, tanquam sic  
precum multiplicatio salutis summa. ¶ Proinde vos nō nihil andere  
neutiq; ignoramus. Audeatis inquā nos (qui illiusmodi precationes ri-  
demus & deprecamur) damnationi adiudicare. Indidem procax scrip-  
turę interpretatio erepsit, qua perinaciter vestra defenditis, & Esaiā pe-  
culcatis. Quocienscunq; orationem multiplicaueritis non audier dñs  
hoc Esaias, hoc Christus docet. Propterea dicit Christus. Cum orae-  
ritis nolite esse multiloqui, sicut Ethnici. Ethnicorū est absq; intellectu  
multa offondere. Christianorū vero non modo spiritu, sed mente, ne-  
dum lingua & sibilo, sed corde & intellectu precari. Atq; per breuiter,  
Magis vult quinq; verba Paul⁹ intelligendo orare, quā decem milia  
versuum. Vos autē ne conamini quidē superiores esse intellectu, sed  
nōero solo & vanā multitūdine precacionū. Iam videntis exercitū ora-  
tionū inuisum deo. Nunc clabitis coacti officia vestra res esse perditas.  
Modo intelligitis vos tanto magis offendere deum, quanto orationes  
multiplicatis. Supra hæc notatis oratione vestra multiplicata diuinata

Esai. 1.

Mathæi. 5.  
1. Corin. 14.

verbū impediri, refrigerari charitatis ardorem, fidei flammās restinguī.

10.

**D E S A C R I F I C I S.**

**N**eç est vt sacrificiorū genera, copiamq; nobis obtendatis. Nempe sacrificijs, scientiam dei anteponit Oſeq, dicens. Scientiam dei plus volui q; holocausta, Christ⁹ aut̄ exigit maiora primū. Oportet inquit, maiora legis primum facere, iudiciū, misericordiam, & fidem. Ergo relinquere debetis minora, si maiorib⁹ sunt impedimento. At nihil minus facitis, q; Christi doctrinam accipiat. Piaculū grande censetur admitti, si quis lampadī cōcinnator, restinctos lychnos sinat sumigare donec audit dei sermonē. Altaria vestra amicis varijs, in cultu exterritorū anxie laboratis, atq; ad illam superstitionē vehimini in curribus Pharaonis, in equis & mulis, intellectu tarenibus. hoc est sensorum vestrorum traditionibus. Qui tales fuligines ostendunt. Qui stultas & aniles vitę formas prescribunt. Qui per elementa mundi, & solidam philosophiā vos depredantur. Qui a mandato & verbis vitę æterna vos diripiunt, & velunt in lacum mendaciorū atq; somniorū. Quia a verbis (quę sunt sp̄itus & vita) vos amolit. Tum ventis suis circum circa agunt, & funibus implicant.

**C**aptiuos vos ducunt p̄clau vesciri. Ideo sanguis sanguinē targit, Esaias dicit. Captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam. In captiuitate agitis: non in libertate, quia scientiam non habetis. Captiuos vos tenet vanitas, & supersticio, nondū estis Christi. Qm̄ h̄ qui Christi sunt, liberi sunt ab om̄i onere. Iuxta illud non possunt filii sponsi lugere, qd̄ spons⁹ fuerit cum eis. Veritas liberos reddit, hoīm traditio captiuar. Discipuli Christi nō sunt captiuī, sed liberi. Serui ceterū remoniarum captiuī sunt, sed nō discipuli Christi, dicente Christo. Si in sermone meo, vere discipuli mei estis, & cognoscetis veritatem, & veritas vos liberos reddet. Ergo non sunt discipuli Christi, qui non manent in sermone dei. Deinde veritatē minimū cognoscūt, qui dei sermonem egrediuntur, mendacia vero & sc̄nia, atq; visio-nes cordis perspicacius iniungunt. Ideo ihs sua cōtingit captiuitas, perpeccuātō cōscientię turbatio & tēpestas, q; in sermone Christi nō persistant. Ab his bonis ad illa mala rapiunt constitutiones patrum & somniorū vestrorū. Hec debeo vobis acriter dicere, vt despectis & ppulsis hoīm decretis, ī fidelē sermonē & sanā doctrinā queatis venire. Pauli sermo sic habet. Redarguito illos sequerit, vt sani sint in fide, nō attendentes Iudaicis fabulis, & p̄ceptis hoīm, auersantū veritatem. Líquido dicit Paulus hoīm p̄cepta veritatem auersari. Quippe ait. Ut nō attendat mandata hoīm, auersantū veritatem, proinde hoīes suis mandatis auer-santur veritatem. Quod est omnium sermone prophetar. ore detritum.

Oſea. 6.

Math. 23.

Iohan. 6.

Eodem.

Oſea. 4.

Esai. 5.

Iohan. s.

Eodem.

Titū. 1.

C 5

*Matt. 16.*

**C**iris tuus quoque suader discipulis, cauendū esse fermento phariseos  
Frustra deum colunt, qui per doctrinas & mandata hominū colunt.  
Itaque oleum & operam vestram vos perdidisse condiscite. Quocies  
*Matt. 15.* can & deum colitis, iuxta traditionē formulas. Deinde sacrificia ferme  
*Leuit. 2, &c. 6.* tata oferitis contra Mosen & Christū. Tum obseruat̄ hominū præcep-  
ta (velut pestem) vitanda. Postremo fidem amisistis verbum dei deho-  
norastis, nihil salutis consequentes, damnationis multū fereatis. ¶  
**C**oxnobia vestra non sunt in veritate fundata, sed extructa hominum  
inventione, restat ergo fieri nō posse, ut officium gratum deo præstetis,  
Si cœlibes manetis in captiuitate. ¶ Hinc cōstare arbitrör, quā nihil mo-  
mentū Monachorum cœlibatus contineat, quā ad nullā frugem perdu-  
cat cœlibes, quam sterter in mendacis & hominū præceptis, quam  
longe alia deus requirat, quibus coli se permitit, quā sint deo odiosa  
precum murmura, multiplicat̄ orationes, sacrificia fermento phari-  
seorum condita, quam expeditat euangelio captiuos liberari, ut factos  
Christi discipulos lætemur.

*Rho. 14.*

*1. Corint. 10.*

*1. Corint. 10.*

*1. Corinth. 9.*

**N**unc venio ad ius & pieatem, quam debemus iniçem alter alteri  
tribuere. De rebus illis sine quibus contingit vita repromissa, sic nos  
Paulus in obsequiū aliorum propendere vult, ut nemo se spectet, sed  
quisque oculos in commoda aliorum habeat defixos. Res aut̄ ille sunt  
esca, cibus, circumcisio, præputiū, sacrificia & in summa, omnis ceris-  
monia in quibus non est regnum dei. Non enim est regnum dei cibus &  
pot, sed iustitia, & pax, & gaudium in spiritu sancto. De his, que licent,  
sic statuit Paulus. Nemo quod suum est querat, sed quisque quod  
est alterius, quo d non sic accipio. Quod quisque debeat fortunā aliorū  
querere, aut opes compilare. Quemadmodum Rhomanus Pontifex  
facto interpretatur. At is est sensus. Estote tales, ut nullum præbeatis  
offendiculum, nec Iudæis, nec Græcis, nec Ecclesiæ dei, quemad-  
modum ego per omnia omnibus placebo, non querens meam ipsius  
utilitatem, sed multorū, ut salvi fiant. Sic fit Paulus omnib⁹ omnia  
ut omnino aliquos serueret. Tulum⁹ nos haec tenus Monachos imbecil-  
itatē, temperauimus nobis cibis, multiplicauimus poculas, ieunauim-  
us, cecinimus, luxuriam, atque assidue prædicamus iuxta externa nemici  
nem iudicari debere, sensimus acerbitatem votorū, atque equalia pene  
tormenta sensimus, quanta sencidunt circumcisii, nemo tamen illorum  
nostro cruciatu sit melior, nemo se demittit, aut ( si maius) libertatem  
Christi subicit. Sustinuimus multa iam secula illorum iudaicas fabulas,  
ethnicorum habitū & formam, quā ipsi gerunt, nemo desciscit a iugo  
captiuitatis, nemo pondus excutit. Ideo tamen relinquentos puto, ne  
aestram libertatē excedat illos, spōtaneus carcer, Tamen non illiberantes

## II.

stultitiam eorum tolleramus, ac in eorum formam transformamur,  
ut ipsi deniq; induantur homine nouo, creato in iustitia & veritate. Sic  
querimus quæ sunt illorum, atq; debemus, quia nemo sui iuris ē, sed  
vnusquicq; ad ius fratris pertinet. Adeo ne debemus nobis ipsis pla-  
cere, sed vnusquisq; nostrū proximo placeat in bonū ad edificationē. Rho. 15.  
Omnis fūmus vnum corpus, multa membra, habens. Proinde pulso  
dissidio debemus inuicem alij pro alijs sollicitudinem membrorū ge 1. Corint. 12.  
rere. Si vñus patitur, simul patientur omnes. Si vñus glorificatur, gloriā Eodem.  
sibabunt onnes cæteri. Itaq; debemus flere cum flentibus & gaude- Rho. 12.  
re cum gaudientibus.

**T**Nullū est præsentius insigne ac testimonij discipulorum Christi,  
q; est dilectio, dicente Christo. In hoc cognoscet q; discipuli mei estis Iohann. 13.  
Si mutuā charitatē habueritis, Porro sicut fide cōglutinamur Christo,  
sic charitate proximo. Charitatis obsequia redundat ex glutino, a quo  
Christo coalescimus. Teste Paulo. Nec Christus placuit sibi ipsi, sed Rho. 15.  
quemadmodū scriptum opprobria opprobrantiū tibi ceciderunt in ps. 63.  
me. Christi voluntas & natura ad id venit ut ministraret suis. Nos aut̄ Iohann.  
quorū sumus baptizati, Christi naturā induimus, & Christi spiritu  
acti non possumus non imitari magistrū, si sumus Christiani. Contra  
hoc baptismū, Contra oleā cui sumus per baptismū insiti. Contra  
iusurandū quod Christo præstitimus cœnobia nostra fortiter pugnāt.  
Quando nulli vestrorum liceat, (nisi velit humanū votum perfir-  
gere relictis vestris statutis & regulis) subuenire proximo. Hoc vnum  
est quod ostendit abominationem monasteriorū. **I**actatis vos esse  
Christi discipulos, iactatis vos proprius nobis accedere Christo, & id  
quod maxime præcipit, maxime posthabetis. Nempe proximorum  
curā, Christus non modo doctrinam, sed etiā exemplū dedit, ut mi-  
nistraremus, ut succurremus proximo, ut eum edificaremus. Iusserunt  
idem prophētē, post Mosen vnum afferam & alterū Esaiam. 1. Echiae. Esai. 1.  
18. dicentes. Subuenite oppreso defendite vīduā &c. Christus ait, Mis Ezechi. 15.  
sericordiā magis volo, q; sacrificiū. Item, quod minimo non fecisti, Matthæ. 25.  
mihi quasi indigo reputabo non esse factum. Vos manet æternus ig-  
nis, si proximū nudum, egenum, peregrinantem non iuuatis; aut si ius  
amicitiæ, quod proximo debetis trāsuolatis, sacrificijs studentes. Nūc  
aut̄ cum monasteria aut̄ potius vota vestra ius & amicitiam proximis  
debitā rumpunt, aboleri & cōminui, atq; in puluerem vento disper-  
genda redigi debent.

**T**Animaduertendū est illud. Cum offers munus tuū & recordatus Matth. 5.  
fueris quod frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque mun⁹ tuū  
& vade & reconciliari fratri tuo. Nam hæc Christi doctrinam simul.

vestram stupiditatem conuelliit, & ad amorem proximi trahit, egregie  
statuens, qd sacrificia sunt postergenda, atq; differenda, donec statui.  
Soluimus amicitię ius

**C**addamus illud. 1. Timo. 5. Si qua suis & maxime familiaribus nō  
prouidet fidem abnegauit, & est infidelis deterior. Is qui hoc dicit, Sinō  
prouidet familiaribus, abnegauit fidem, sup c. 3. inquit. Qui bene mis-  
nistraverint multā libertatē in fide acquirunt, quę est in Christo Ihesu.  
Quo nō obscure docet Paul⁹ libertatē Christianorū, quę est per fidē,  
impense augescere per misericordiū in liberos & familias collatiū. Proin-  
de oēs dei ministros ex dispētatione domus suę metitur. Itaq; fructu-  
sum & salubre ministeriū est, quod proximis impendimus, acq; ante-  
ponendum vniuersis sacrificijs, quibus fidei libertas non augescit, sed  
interim tumescit, nonnumq; prorsus vel euolat vel restinguatur.

**C** Ergo mulieres tandem oculos in lucernam pedum vestrorū fusiō  
lire, curam faxei templi, cōmutare in optabilem, pro lapidis fanie  
templa viua curantes. Quandoquidem grauiora legis negligitis, exco-  
lentes culicem, degluentes camelū. Dum templo marmorea expolitis  
auro, argento, purpura, cærcis, candelis, item molli concentione infar-  
citis, prēteritis iudiciū, negligitis misericordiā, & fidem deperditis. Prī-  
mū oportet viuis templis nō deesse vos. Adfueritis aut si liberos pro-  
creabitis, si verbo fidei primā infantia formabitis domi. Si domesticā  
curam geretis. Si & bona & mala, si dulcia, si amara mūdi tuleritis ana-  
mo æquo. Si crucem Christi portabitis. Sunt qui peregrinantur ne-  
cessitate, hospitā di. Sunt qui affliguntur, consolandi. Sunt multa mis-  
serorum genera, quorum curam minoris facitis cura delubri ligni aut  
petricosi. Profecto negligitis maiora, quia vos sollicitudo possidet  
minorum.

**C** Deinceps quanta mala neglectus meliorū, propaget, noluit rācerē  
Paulus, dicēns. Ociose discunt circū ire domus. At nec̄ oiantur, sed  
garriunt, q̄ tacenda essent. Ab illis em̄ monialibus, quorū fraudes fidē,  
quot portenta, quot fascinationes eruperint, nunc dicere nequeo. Inde  
somnia m̄xia obseruatio. Auguriumq; & ariolorū supersticio non  
nihil viriū assumpfit. Ab illis itidē apologeties, fabulq;, om̄e deniq;  
dieaciatis semen obortum, non in utilitatem, sed perniciem & sermo-  
nis & vita. Quid aut̄ debuit ocium aliud profere: non colus eaurum  
quę nent, nō cult⁹ q̄dis, nō varia sacrificia, sed om̄nia eiusmodi mala,  
omnes tales rei publice pestes sola domesticā administratio, diligenter  
dispersata, impediter & contereret. Quę tanto præcellit religionē Mo-  
nialium pondere, quanto aurum, argento præcellentius est. Non sicut  
Episcopus (hoc est cuiusq; congregatiōis sacerdos qui præ est, quem

parochum appellant) iuniores annis sexaginta vel professionem aut vota perficere viduitatis aut virginitatis, sed promissiones: si quas iura mento seu voto rectas emiserunt irritet, ad matrimonia suadens.

**I** Inter ista mala si fuerit positus sunt monachi, de quibus & nunc tractabitur. Cū primis certū esse opinor. Cœlibes esse per multos, castos aut paucissimos. Deinde in matrimonio quēpiā caste vivere, qui cœlebs nō est. Cœlebs, n. est qui nō est maritus. Cœlibatus, nō matrimonii.

**D**e cœlibe sic scripsit Paulus. Qui cœlebs est curat ea, qua sunt dñi, q̄o placiurus sit dño. At is qui duxit vxore, sollicitus est de his, quæ sunt mundi, q̄o placiurus sit vxori. Sermo iste duo nos docet, prius est, Cœlibatus, & ductū vxoris opponi, posteri⁹ est, Ministros Christi haud q̄q̄ auocandos esse a cœlibatu. Data ratione, q̄ copulat⁹ vxori, curat, quēadmodū vxori placeat, non deo. **C**ontra cœlebs, ad alia, q̄ dñi sunt spectat. Videro quēlo curar, utriusq; distantia. Cœlebs dñi, Maritus mundi res curat. Nunc aut inficiari nemo pōt, ministros oportere super rebus dñiorum suor, esse sollicitos. **S**ic, n. & Paul⁹ & Petrus scrulis mandat, vt oculos ex animo habeant intentos in cōmoda dñorum suor. **A**t quis diffitebit Sacerdotes & Monachos, ministros esse dñi? Ergo vt curare diuinās res debent. Sic incumbere Cœlibatui. Qñ cœlebs fuerit, qui curat quæ dñi sunt. **P**réterea Paul⁹, i. Cori. 7, de sexu altero paucis attingens, subh̄cit. Diuina sunt hęc duo, Muller & Virgo. Innupta cogitat q̄ sunt dñi, vt sit sancta cū corpore tū spiritu. Cōtra, Nupta curat quæ sunt mundi secl̄ice, q̄o placiura sit viro. Sic vide mus mulieri virginē opponi. Sicut cœlibem marito, Et idem virginī insidere animo, qđ cœlibi, Vt roq; rem curat dñi. Curat aut innupta vi sic & corpore & spiritu sancta, Idem conab̄it Cœlebs, vt sit sancto corpore & sp̄itu sancto. Nempe sic curat quæ dñi sunt, quæ non curat maritus. Nequaq̄ igitur ministros dei ad matrimonia cohortabimur.

### **SOLVTIO EORVM QVAE SVNT NVNC ALLATA.**

**A**liud esse puto vitationē matrimonij, aliud doctrinā vitationis Quēadmodū diuersa sunt Cœlibatus, aut si viuas cœlebs. Et p̄ceptio Cœlibatus vel vt agas cœlibem. Poteſt aliquis esse cœlebs sup̄te uoluntate nulla fuatione & iuſſu legis. Exemplū Christus dicit. Sunt Eunuchi natura, sic nati, Sunt Eunuchi ab hōib⁹ Eunuchi facti. Sūt Eunuchi, qui ſeipſos caſtrauerunt, ppter regnū celorum. Qui pōt capere capiat. Igitur non expedit contrahere matrimonium inquiūt discipuli, Respondebat Christ⁹. Non oēs sumi capaces: verbi illius, qui pōt capere capiat. Christus ſint eunuchos esse, sed non iuber, ut ſint. Permitit abſt̄i coniugio manere eū, qui pōt: at paucos aſteuerat capere. Poſſe. Negat uetus cuiquā matrimonij nexum.

Ad Col. 4.  
1. Petri. 2.

Math. 19.

1. Corin. 7.

**S**ic Paulus non prohibet, ne sint coelibes, ne sint virgines de quibus ait. Dico autem in coniugatis & viduis, bonum est eis, si permanescerint, ut ego, quia bonum est eis sic esse, propter necessitatem presentem. Quia non carent vinculis & involucris matrimonia, neque sua cruce & afflictione. Atque palam est virgines nuptas afflictionem in carne passuras, quando euenerit illis multiplex dolor. Sic commendat Paulus magnopere virginitatis tranquillitatem & studium & curam, erga deum. Eam ob causam veller omnes homines esse, ut fuit ipse, non quod fuerit sine uxore, sed quia erat tanquam non habens. **S**ed non rater, id ex dono dei continere. Ut sapiens unus ait. Scio quod nemo potest esse continens, nisi sit dederis. Unusquisque enim proprium donum habet, unus sic, alius autem sic, Ideo qualis ipse mansit, sic maller manere oportet, qui idem munus castitatis diuturno temporis cursu cognoverit. Id emunericus necessarium est prius cognoscant sibi coaluisse: qui abstinent a thalamo. Sic non prohibet ne sint coelibes & virgines.

**A**t ubi ad doctrinam venitur, eo quid sit docendum, idem Christi precepto, fortiter dicitur, omnia tela imposture & captionis ostendens, tum perfidiae, perplexorum laqueorum ac perditionis pericula indicans. Comone faciendo, quam sint fugiendi, aduersantes sacræ doctrinæ & fidelibus sermonibus Christi. Ieius haec sunt verba. Si quis diuersam sequitur doctrinam, & non accedit sanis sermonibus domini nostri Ihesu Christi &c. Et infra. Se iungere ab ihesu qui eiusmodi sunt. Et paulo inferius. Apperentes quidem pecuniam aberrauerunt a fide &c. Constantissimus crucis Christi predicator, iuber Timotheo, ut se subducatur ihesu, qui non accedunt sermonibus CHRISTI qui diuersam doctrinam sequuntur. Verum id quod illi precepit, id idem, omnibus Timothei similibus, iussit ut se ab ihesu subtrahant, qui diuersam doctrinam sequuntur, aut sanis sermonibus Christi reluctantur. Paulus superius aliquot formas educande vitæ Christiano, tradiebat, inter quas & hoc offenditur. **O**poret Episcopum unius uxoris maritum esse, qui domui suæ bene præficit, qui liberos habeat in subiectione, cum omni reverentia. Cum ad doctrinam & regulam uenire esset ab Apostolo doceatur, quemadmodum agere debeant dicens. **O**poret Episcopum esse unius uxoris maritum, atque sic doceatur, ut sis, qui aliam doctrinam sequitur, & non huic accedit sermoni, repellatura consueudine Christianorū. Se iungere inquit, & infra. Tu tiero homo dei ista fugi. **D**einde de Diaconis, hoc est ministris, agens, ait. Oportet ministros esse itidem compositos, Vxores similius modestas habentes, non calumniosas, sed sobrias, fidias in omnibus. **P**orro si quis audacter negat haec ad Diaconorum uxores attinere, ille actuum contumelie sermone-

Eodem.  
Sapiens. 8.

1. Timo. 5.

1. Timo. 3.

1. Timo. 6.

1. Timo. 3.

sermone in sequenti, scilicet Diaconi sint viuis vxoris mariti, qui libe-  
ris recte præsint & proprijs familijs. Hęc scribo ut noscas, quomodo  
oponat te versari in domo dei. Itaq; sermo Pauli conuersationē cleri  
corū in domo dei verlantū informat. Nunc aut̄ dum non alios mi-  
nistros norit Paulus in Ecclesia dei, quā Episcopos & Diaconos, atq;  
sic clanculum asseueranter doceat. Omnes in domo dei clericos, aut  
Episcopos, aut Diaconorū funetiones peragere. Consequitur q̄  
omnes Presbyteri sunt Episcopi, cæteri aut̄ Diaconi. Sic Parochi sunt  
Episcopi, & si qui alijs sunt presbyteri, illi veri sunt Episcopi. Reliqui  
vero ministri sunt Diaconi. Quemadmodū vetus lex Pontifices ha-  
bui Aaronem eiusq; filios, Leuitas & ministros cæteros.

Episcopi.

Leuiti. s.

Num. 4.

**D** Omnes etiam illi in tabernaculo versati vxores, quisq; suā, habue-  
runt, id quod erat lege cauitū. Siquidem lex ait. Virginē ducat vxore,   
viduam aut̄ & repudiata & sordidam, atq; meretricem non accipiat,  
sed puellam de populo, ne cōmisceat stirpem generis sui, vulgo gētis,  
quia ego dñs qui sanctifico eū. Hanc legis sententiā reperiet Ezechiel.  
ne quis antiquatā opinaretur, cuius verba in sequuntur. Et viduam &  
repudiata m̄ non accipiāt vxores, sed virgines de semine Israhel. Sed  
& viduam, q̄ue fuerit vidua a sacerdote, accipiāt.

Leuiti. 21.

Ezech. 44.

**D** De Pontificibus & sacerdotibus, Episcopis, itē de reliquis ministris  
& leuiti, hoc est, Diaconis ait. Vxores accipiāt sibi. Certe posieaq;  
non nullas interdixit, ad cæteras traxit astricti ius. Hic te Petri meminisse  
volo, dignitatē sacerdotalem vniuersis Christianis tribuentis. 1. c. 2. Nā  
quotquot viuo lapidi: qui Christus est: super edificantur, illi viui lapi-  
des efficiuntur, & sacerdotes, ad offenrendū hostias spirituales. Idec q;  
ab illa legis imperio sumus liberati, ius habentes, ducendi vxores vi-  
duas &c. Superioribus ex dictis videre quimus, quā omnia consonat  
& vetera & noua, quā vna mente, vnaq; voce, cōclamant, & lex. Euā  
geliū & Paulus. Presbyteri, vxores ducite. Nufq;. n. Christus sacerdo-  
tes a matrimonij sciunxit. Obtendat mīhi quis illud. Qui potest ca-  
pere capiat. Ego illi sic rursus obtendam hoc. Fortasse tu capis castitatem,  
at ipse intra annum sexagesimum volo te periculum pensare castitatis  
& diuinī munera facere, & interea a coelibatu abstinere. Fieri n. potest  
vt hodie castus existas. Aut vnu & alterū annū caste percurras. Deinde  
lasciuendo contra Christum intemperanter vivas.

Hoc contra  
Rho. Pon.

**D** Notū est porro, quomodo veteribus noua concordant, iubentia  
Sacerdotibus vxores ducere. Hæc est aut̄ sana doctrina, fidēi verbum,  
a quo Pontifices Rhoma, pecuniae appetentia & cœtientes, desciterint,  
aberrantes a fide. Pontifices docent. Non esse a ministris dei ducendas  
vxores. At non tacet Christus. Non omnes capiunt hoc verbus. Et con-  
tradicit Paulus, dicendo; Sint viuis vxores mariti. Obsistit pontifi-

i. Timot. 5.

elbus. Lex inquisens, **D**ucat, accipiant q̄ sibi uxores de suo genere. **C**onus aut̄ illud perfidia Rhomanor̄ Pon. deperit, qd̄ dñs coegit. Nūc & audiant maledicta, execrations, quas Paulus aduersus pontificū suā dia circulatur. **Q**ui dicit, In posterioribus temporib⁹ descendent quidē a fide, attendentes spiritibus impostoribus, ac doctrinis d̄emonior̄, per simulationē falsi loquiorū, cauterio notatā habentū conscientiam prohibentū contrahere matrimonii. **V**ide mi Bachī, quā tragediā mouet p̄tificibus Rho: Paul⁹. Qui dixit, Seniorē ne se uis obiurges sed adhortare ut patrē. Is maledicto, imbre in homines ( colluic pessima dignitatis ) effundit omnem stomachi sc̄inā euomens. **N**unc quia Rhoma, pon, nō sunt seniores, sed s̄euiores. Antichristilis ceret mihi cruda stomachi, cū periculorū mole, tum animarū iactura concitato, aduersum pontificias decretales spuere. **Q**uando Paulus ait, Redarguit illos seueriter. **A**nīmaduerte tu quibus malis adoritur maslos. In posterioribus temporibus quidē descendent a fide, nota acerbis simū obiurgationē, & eam notā, quā quisq; Christianus cautebit, dicit ē. n. Aberrauerunt a fide. A fide & veritate, in infidelitatem & falsitatem collapsi, ergo sic in hæresim ceciderunt pon. Rhomani, qui veterū matrimonia. **S**ed considerandū est quibus doctribus attendant spiritibus impostoribus. Defixerunt em̄ mentē & oculos in spiritibus deceptores. **T**at quorū doctrina fuit, Fuit d̄emonior̄, & eorū, qui pietatem, qui religionem, qui omnis boni pretextū simulant, intrinsecus aut̄ nihil sunt minus, quā p̄n, religiosi boni, nihil magis quā auagulosi. Hęc ego non dico contra seniores Episcopos & Pontifices, sed aduersum s̄euiores lupos, & vastatores montū Israel, in quib⁹ ouses Christi pascuntur. Duriora sunt hęc & non bene apta naribus pontificū od̄amenta. **R**ecantē decretales contra matrimonia editas, atq; resipiscant, & alia cantilenā ego ipse canabo. Tantis per decretales cauterio notatas reformidabo, conuellā, disperdā, donec in circūcisa & heretica Pontificū mens oculuerit. Nolo quispiā ad vota coelibatus minor annis sexaginta permittatur. Volo renciat Episcopi minores vota profundentes. Quoniam in illorū est sita viribus irritatio votorū & coelibatus. Accedit sanis hortationib⁹ Pauli & iuniores annis sexaginta repellite. Aut fatemini, nihil vos minus esse, quā Episcopos. Quod si contaminī, nos citote professionem coelibatus intra annū sexagesimū minime consumari.

**T**ad id vos Pontifices (vos inquam) yestrī consilijs facile rapiunt. Quinetā repugnantes implicabo. Siquidē Alexander quartus, Pontifex Rhoma, manifeste decrevit, minorem annis, 14. non teneri, uero & promissione religionis, cui se se addixit. Verba illius Alex̄dri e capite

Fodem.

Ti. 1.

Non solum de regu. & trans. ad religio lib. vi. sumpta sic habent. Inhibem⁹ vobis de fratrū nostrorū cōsilio sub excommunicationis pena, ne ante annū probationis elapsum (qui est maxime in subsidiū huma-  
ne fragilitatis institutus) quempā ad professionē vestri ordinis, aut ad  
tenurcationē in s̄eculo facienda recipere presumpmatis. Quod si contra  
nostrā prohibitionē quempā recipere presumpseritis, decernimus eū  
qui taliter recepus fuit, nullatenus esse vestro ordini alligaū. Hęc sunt  
illius pontificis verba. ¶ Qui interserit & hoc. Maior tamen quatuor-  
decim annis existēs. ¶ Sic vota religionis ante. 14. annū facta cōstringit  
Alexander quartus. Idem facit Innocentius quartus, quos Bonifacius

o. statu⁹ eos inseguitur, si quis glossam perspexerit in verbo ærat⁹.  
Addo quod scribitur professionē infra annū discretionis factam esse  
nullā, & pontifices permettere & masculis & foemini⁹ ius abi⁹ciendæ  
religionis ante annū & vsum lib. abbitij promissæ sic loquor ut cum  
eis ineptiā. Nempe Alexander tertius in cap. Significati⁹, de regula &  
trans. ad religi. in antiquis mandat Episcopo Beluacensi, vt eum, qui  
votum religionis infra annum. 14. fecerat, licet etiam a parētibus idem  
oblatum, denunciet absoluū. Clemens tertius de filia minore annis  
quatuordecim statuit, vt videre licet in c. Cum virum: cum simus. 117.  
q. i. illud, & in alijs locis, quę nunc adsumpsi ideo coapraui, vt ponti-  
fices suis proprijs funibus caperem. Ergo cura pentifices nudes & inz-  
ermes omni scripture mouimento delitiosos, tamen ausos cernimus  
promūciare. Vota religionis infra annū. 14. pro masculo, &. 12. pro fe-  
mella facta, esse nulla. Quid ego audebo ac iuu. scriptura & ratione  
fortiori? Annus decimus quartus, tam infirmę etatis est tem⁹ pus, vt eo,  
per pauci sentiant vicia, in quae maxime inclinātur, hoc conspicuū &  
concessū opinor, tūc ac leos Adamī veti⁹ vix effloruisse cōcederis

¶ Quæso igitur, Qui ætatem illam probationis tempus, Pontifices  
asseueratis? Quo nec vim, nec copiā, nec incendium sentimus cor. cuz  
piscitiae? Ideo quid stultus vestro inuēto? Et quid potuit statu⁹ pro-  
teruius? Debebatis vos, qui primas occupatis fastigia honoris ostend-  
tantes ante omnia quæsiſſe probationis annū, quem dat scriptura.  
Is est annus sexagesimus, iuxta Pauli sententiā. At secundum Mo-  
sen masculis & foemina eodem annorum numero censemur. Intra-  
cum periculi & experientiæ annum sexagesimū. Quo quisq; periculi  
facit castrationis sua, & muneri⁹ continentiae sibi adeo gratis donatae  
Omnia coelibatus & virginitatis vota, ab annis sexaginta facta premū-  
cio imperfecta, & extremā manum nec dum consecuta. Atq; esse tan-  
tula, qđ i⁹ qui voterunt, possunt, sine sint Monachi sive Monach⁹ sive  
vestales virgines, sive presbyteri, possunt in quā, stimulis concupisces-  
tie acti, monasteria & vota relinqueret, atq; se se ture diuino peccātē,

preter perpetuum periculū, matrimonij iungere. Hoc permittunt Pontifices minoribus annis. 14. dum adhuc concupiscentiae stimuli iacent & dormitant. Quæ ratio? Quæ scripture auctoritas arcebit me sumilia dicturū, de eo tempore, quod probationi datur a scriptura: & in quo carnis illecebra se prodit, & vnam quemlibet ea in parte acriter adges datur, vbi est homo mollior, & concupiscentia robustior.

**T**Non video, deum testor, inconveniens, nisi quis possit inficiari annū sexagesimū tempus esse, quo per moras de cœamus continentia perseverantia explorare. Nemo porro id poterit, nisi qui potest Paulum conculcare, dicentes. Cum cœperint lasciare contra Christū. Quid est lascuerer, & de quibus hoc dictū est? Vide precedentia, & videbis, hoc dictū esse de viduis minoribus sexaginta annis. Quod intra annū 60. lasciabant & titillabant. Idcirco & masculū & feminā, minores, annis. 90. a voto & professione viduitatis & coelibatus; per gratiam imbecilem: diuinū ius repellit. Nunc addo, per errorē, & moniales, monachos & sacerdos coelibatū promississe. Fateor penitendus error fuerit tamen eluendus poenitidine. Sicut alij plures errores. Leui. 4. Atq[ue] eis licet turn inhærere melioribus. At cōiugia haud paulo sunt meliora, concupiscentię incendijs. Modo permittatis, interim, optima me consiluisse possimis. Quādo ipse Paulus ait. At melius est matrimonium cōtrahere, quā vri. **V**rielt incendiū & flammā cōcupiscentię tollerare. Trahit aut inuitos eius vīs, & suā eis notam inurit quamlibet obſistat. Nam vt solo contactu cādens tūdica, signum imprimit. Ita flagrans caro, uno atritu dānum ifert, ac malū quiddā elicit, qđ dñs abhorret.

**E**odem.  
**N**on vitupero virginitatē, neq[ue] coelibatū illudo. Evidem malle omnes deo, qui mundo seruire. At sencienti flammulā carnis, vxoreducendam, assidue adduco. Sed inquis, Vxorū curant, quē sunt vxorum. Ediuerso maritatē ea, quē maritis placent. Verū optabilius malū est (vt sic dicā) placere marito, vel vxori, quā frangī cōcupiscentię fascib⁹. Quia melius est nubere, quā vri. Necq[ue] ducento peccat, qui dicit vxorem. Sed id malū assero, quod a deo subtrahit. Nunc autem nemo ignorat, qđ illa cura placendi suę coniugi, decrescat & i minimatur ædificatione liberorū, & administratione, mutuoq[ue] crucis sensu. Quibus mirū placendi nimia voluptas cōprimitur, & meliora subnascuntur.

**S**i vero est quē caro nō vexat. Is experiatur (annos vñc p. 60.) carnis constantia & continentia perseverantia. Atq[ue] post sexagesimū annū, consilio pontificis in lege dñi p̄dō sti: audio primū, deinde se se coelibatū dedat. Aut quod semper cōsulerē: sine voti inuolucro maneat coelebs, malle em eum non vovere, qđ voti laqueo se se irretiat.

**P**ostremo in hac itidem re delectus vītæ, operūq[ue] est adhibendus. Quoniam oportet bonis, meliora anteponere. At melius est dispensare.

**L**Timo. 5.

Error.

**L**Corinth. 7

rem domesticā, & familiā verbū dei docere, q̄ frigida precum  
murmura in sanis canere, Moses, deinde Apostol⁹, id a cūctis exigunt  
viris ut domos suas erudiant in verbo dei, qđ ē impensē prestabilius.  
**N**empe ei labori cedunt omnes labores, eēdit in mortuor̄ sepultura, ce-  
dit comis maiorī cōpellatio, cedit deniq̄ sacrificior̄ oblatio, iter que  
sacrificia, Sacerdotū concentio iure computatur. Maius quiddā fuerit  
liberis defuisse, q̄ lapidicis templis, & nullationibus horarijs, quando  
maior est misericordia, q̄ sacrificiū, ut supra sparsius dixi. **I**acq̄ operte  
bit nos primū maiora legis exequi, arq̄ deinde, cū oīiamur, maiora  
persequi. Nisi forem nimirū ipse laxiore sinu isthēc tractarem. Addo  
q̄q̄ honestius esse, viētare e laboribus, q̄ mēdicitate & oblationib⁹.

Luce.  
codem.  
Math. 5.

## **C**ONON SVNT AD SACROS VT AIVNT

**C**ōclusio. 2.

ordines vocandi, qui coniugia non cognouerunt.  
**Q**ēq̄ & hēc oblistas sanctitatē Rhomanor̄ Ponūscū, attamē est Chri-  
stiana, e sacris literis eruta, potissimū Paulinis. Pauli verba ad Thimō-  
theū supra recensuit, quę cum sint p̄pria huius axiomatis munimēta,  
non te lector quoſo tecleat, tractata retractare. Oportet Episcopū vni⁹  
voxoris esse maritū. Si oportet Episcopū vni⁹ esse vxoris maritū, mul-  
lus debet in Episcopor̄ numerū ascisci, nisi vel vñā vxorem habuit.  
**A**d minus debuit vñā vxorē habuisse, qui Episcopus deligitur. Ideo  
nemo in Episcopatu⁹ est ponendus, nisi prius cognouerit, aut nūc cog-  
noscat vxorem. Porro sic debet vnius mulieris maritus exitisse, quod  
non modo habuerit vxorem, verū etiam filios, deinde nedum filios,  
sed filios subditos & obedientes. Item oportet cum bene prefuisse do-  
mū. Hæc em̄ vniuersa contexuit Paulus, dicens. Oportet Episcopum  
esse vnius vxoris maritū, qui domui suā bene præsit, qui liberos ha-  
beat in subiectione, cum omni reverentia. **Q**uod de Episcopis fas-  
tuitur, id iure de quolibet presbytero statutū est, quia ius biblicū non  
discriminat inter Episcopū, & presbyterū. Constat aut̄ nunc assump̄a  
sententia. **Q**uod Episcopū oportet vnius vxoris esse maritū. Item ha-  
bere filios obedientes. Etiam si hoc ipsum pontifices glossis, aliquid  
ex suis cerebris, accessuī, sic interpretantur. Id est, oportet Episcopum  
non habuisse duas vxores, sed vñā tantū, aut penitus nullā. Et id vo-  
luisse Paulū mordicus contendunt, quib⁹ non conuenit cum Paulo.  
**E**quidem. n. quero, cur Paulus dicat. Oportet Episcopū vnius vxoris  
esse maritū. Item qui filios habeat & domui præsit. Nam hæc verba  
& præsentia denorant, & necessitatē significant. Quid obsonaret si dis-  
cerem. Oportet eum qui opus Episcopi assumit, eo tempore vxoram  
habere, item filios, item dispensationē dom⁹, cum eligitur, eadem ves-  
titate, qua eum, vigilantem, sobrium, modestū, hospitalem, apium ad-  
docendū, & alienum a pugnis tum esse oportet. Sic quoq̄ debet tum

D iii

in re, non in memoria & spe vxorem & liberos habere. Quādoquidē  
hæc omnia Paulus eiusdem verbi vinculo, concludit. Ex quo confes-  
quitur. Quid quemadmodū non sufficit, quempiā olim suisse sobrium,  
modestum, vigilantem, & hospitalem, sed opus sit ut tum existat vigil,  
sobrium, modestus, & hospitalis, quādo asciscitur in Episcopi munus.  
Ita non satis est, habuisse aliquem vxorem, & filios, sed requiri ut ha-  
beat re. Atq; hard scio, num hæc, a Pauli sententia abhorreant. Quia  
neminē eligit Paulus, ad Episcopatū, nisi prius ex cōsuetudine, q̄ erga  
vxorem, liberos, & alios exercuit aptum Episcopali operi dinorit.  
Docet enī Paulus, ex vita, & moribus vxoris & filiorū, argumentum  
dispensandę ecclesiæ colligi debere. An quis possit Ecclesiā dei bene-  
regere. Nam qui male p̄ceit domini non potest bene p̄cessere ecclesię.

**Titum. 1.**

**T**Idem de presbyteris statuit Paulus. Cōstitutas, ait oppidatim, Pres-  
byteros, sicut ego tibi ordinarā. Si quis est inculpatus, vniꝝ vxoris ma-  
ritus, liberos habens fideles, non obnoxius luxi, aut qui sint intractabiles.  
Oportet enī Episcopū esse inculpatū tanquā dei dispensatorē &c.  
**H**ic Paulus Episcopos & presbyteros pares facit officio, titulo, digni-  
tate, & autoritate. Immo eosdē quos paulū ante nuncupauit Presby-  
teros paululū post nuncupat Episcopos. Atq; rursus ostendit argumen-  
ta & signa frugiferi Episcopi. Sed ne fieri quidem potest, ut illa indicia  
colligas ex eo, qui nec vxorem, nec liberos, nec ministros habet, per-  
peram igitur a Paulo dissident Ponifices Rhoma. Eum ducētes Epis-  
copi falcia dignū, qui nunq; vxorem duxit, nullos educauit filios, nec  
villam priuatam domū administravit. Nos aut̄. Paulū æmulati, cōclu-  
dimus, in Episcopos numerū non referendū quempiā, nisi prius con-  
iugem habuerit. In summa, Paulus perinde coniugiū exigit, atq; scien-  
tiā. Nunc autē Rhomani pon: farētur indignū Episcopatū qui fues-  
tit imperitus. Ergo sic cōcludent atq; concedent, neminē eligi posse in  
Presulem, nisi prius saltem vnius vxoris fuit maritus. Et quod incō-  
ueniens sequitur. Si nullū finio eligendum, nisi tum existat vnius mu-  
lieris, vir, cum eligitur. Sicuti nullum eligunt, nisi tum sit sciens. **N**o  
uimus leuitarū principes vxores primū habuisse, deinde etiā coniuga-  
tos ad officia tabernaculi cōaptatos, quod cerneret licet Exo. 6. Accepit  
vxorem Aaron Elizabet. Eleazar accepit vxorem de filiabus Phutiel.  
Dubitans ad caput. 3. Numeri se conferat, atq; hæc intueatur verba,  
Aaron autē & filios eius constitutes super cultum sacerdotij. **E**xo. 6.  
recensentur vxores Aaronis & Eleazarī, leuitarū principū. **E**xo. 18. sic  
scribitur. Applica ad te Aaron, & filios suos, ut sacerdotio iungantur.  
**P**reterea Apostoli suas vxores secum duxerunt, ergo clarū est vxo-  
ratos fuisse. Paulus quoq; vxori copulatus fuit, quod pater Phi. 4.  
Nam quæ est alia germana compar, quā vxor iugum crucis cum vno

**Cœlebs in-  
dignus est E-  
piscopatu.**

**Exo. 6.**

**Numeri. 3.**

**Exo. 6. & 25.**

**1. Corin. 9,  
Phil. 4,**

porta; sed non eam (ut suas cæteri) circumduxit. Erat habens tanquam  
nō habens. Attamen vere habuit uxorem. **H**ec Apostolorū exem-  
pla, suissent sequenda magis, quā reprehendenda. Si lex aliqua Pon-  
tos oblectare debuit, debuit maxime diuina, quæ viris uxoratis Epis-  
copalem thiaram imponit. **E**o sterilem, fore inspiciendū, in surrogā  
do Episcopo, num uxorem diu & bene habuerit, saltem vnam. Verū  
exemplum copia raptum, & scripturæ fulgure me videtis idē ac iuisse  
in eam opinionem, ut credam, oporteat Episcopū tum vnius uxoris  
maritū esse, cum assumitur. Ad id trahunt veteris testamenti scripturæ.  
Item observationes. Item Apostolica exemplaria. Atq; sic intelligen-  
dum Pauli dictū, prorsus opinor. Sit vnius uxoris vir, id est actu req-  
habet, quia verbum est imperij, & temporis præsentis.

**D**e Diaconis ordinatis (ut aiunt) idem pronunciat Paulus. Pauli 1. Timoth. 3  
verba subieci. Diaconi sunt vnius uxoris viri, qui filii suis & suis do-  
mibus præsint. Hoc testimonium adeo lucidum est ut ne quidem egeat  
ulla alia luce, qua pontifices permoueat, ut cedant a Paulo statutum.  
Ne quis Diaconus aut minister clericus ordineatur, nisi primū uxorem  
honeste tractarit, aliter itq; liberos, & domui bene præsuerit, ex quibus  
velut notis & signis, de aptitudine diligendi diaconi, coniectare debe-  
mus. Atq; si deficiunt nos eiusmodi signa & testes non debemus assu-  
mere quempiam.

### **R**ELIGIOSI POSSUNT, SI VEH- menter vruntur, uxores ducere.

### **C**onclusio. 3.

**R**eligiosos appello quos hominū vulgus appellat religiosos, quales  
sunt Monachæ, fratres manducantes, & generatim singuli, qui votum  
cōseruande pudicitie & castitatis super animas suas vinxerunt se certo  
loco affigentes, de illis dixi. Ius eius esse abi ciendū religionis, & con-  
trahiendi matrimonij, si vellent uxores secū in cœnobij habere. Fieri  
enim posset, ut quis Monachus manens, uxorem duceret, id quod de  
Monialibus censeo, Potestatē & illis esse nubendi viro. **N**eque tamen  
œciose dixerim. Si vehementer vruntur. Nempe non vñstos atq; tran-  
quillos ad matrimonia non vocito. Qui potest continere, contineat.  
**A**ut de tranquillo quid statuā aliud, q̄ illud Pauli. Solutus es ne queras  
uxorem. Qui nuptiū dat virginē suā benefacit. Et qui non dat nuptiū  
melius facit. Malo te tuā virginitatē itidem illæsam conseruare, si non  
veneris. Quoniam inconiugatus cogitas, quæ domini sunt. At si flagraris  
incendio libidinis, magis suadeo uxore ducas, q̄ exaggeris flammam  
ardore, concupiscentiae ignibus. **I**deo namq; dñs Adamo ac cæteris  
viris uxores socias efformauit. Quia nō est bonū hominē esse solum  
vñstis uxores. In hoc certe malū impingunt vñstis coelibes. **I**deo dñs ait, Non est ho-  
num &c; ut homines dei consilio persuasi coniuges sibi caperent. Ex ea

1. Corin7..

**Leui. 20.**

**Eo dena.**

**1. Corint. 7.**

**Leui. 15.**

**1. Corin. 7.**

concupiscentia, scelera & seortatione & adulterio peiora erumpunt, fit interim coitus cum uestibus & alijs, que non sunt minora apud deum criminia quā sit congressus cum besciolis, de quo dicit scriptura. Qui cum iumento & pecore coierit, morte moriatur, pecus quoq; occidetur. Mulier que sacerubuerit iumento simul interficietur cum eo. Eodem capite sic statuitur contra eos qui semen dant Moloch. Si populus nō fuerit occidere qui dedit de semine Moloch, perdam ipsum & omnes conscientes. Videlicet ne necandū utruncp. At huius scelus adeo gravissim, quod deus & populum: saxa non iacula: occidione mulier & interimit. Sed dicis monachus sum, semen ejcio, flamma carnis fract⁹, uerum haud fundo Moloch. Franciscū domi. & Claram colo. Certe ne quidem audebis cogitare illos esse ueros deos. Ergo uelut ficticios colis. Porro ihs semen das, quoq; amore coelebs es & semen fuisti, Itaq; dijs ficticijs. Vel quod nolens largiere. Deo nō uero semen effudisti. Compararis ideo iure, adultero, & coeunti cum pecore: illoq; similis factus. At castum minime dabis, qui cum pecore cōcumbis. Quo igitur gladio istam castitatem vindicabis? Quando propter luxuriam mortis sententia te manet? Putas ne minoris periculi esse togam subagitassem, quam iumentum? Alius raptus fortasse incendio concutis pescant pecus subigit. Tu similibus flammis uestus uestem semine conspurcas. Adhuc uirginitatem & castitatem defendis? Ex uestitis fratribus didicis, inmunera mala a Monialibus excogitari, quibus semper emungunt, ut coelibatum custodian, Que omnia sunt penes deum horribiles abominationes. Meretrices sunt eiusmodi apud deum, & uos q; libet coelibes sitis, fornicatores estis, adulteris peiores. Haec non dico quod implicem, Sed ut eximam uos a malis illis pessimis. Malorum matrimonia contrahere, quam ura, quam incendij uenereis deperire. Solutos autem a uoto per uiscera dei obsecro, ne facile suasioni Rho mani Pontificis accedatis.

**C**excusarem coelibas a fluxu seminis, si per passionem & ægritudinem uelut mestruum emitteretur. Quia deus, eam culpam benigne emendat. Porro quod uoluntate & consilio semina uestibus inserviunt, & fugientes matrimonia achoe pretextu coelibatum tutantes nequaquam laudo. Siquidem Paulus non modo ad matrimonium hortatur. Sed etiam suadet, ne diu coniuges abstineant a coitu propter Satanae temptationem. Pauli uerba addidi. Ne fraudeatis uos inuicem, nisi siquid exconsensu, pro tempore, ut uacatis orationi & ieiunio & rursum ad id ipsum conueniatis, ne temteret uos Satanas, propter in temperantiam uestram. Hoc illis: Paulus dicit: qui sunt intemperantes. Coelibatus non facit continentes, nec uorum, neque potestas nostra, sed donum dei. Suadet itaque Paulus ihs (in quos

18.

donum continentie perseverans non est collatum) ne se se fraudent de-  
bito, nisi ex mutuo cōsensi. Atq; consultit ut rursum iungant & coe-  
ant. Ne temet eos Satanas. Nam temptationū a satana puro, cū fundaret  
in terrā semen, rem dēstandā. Huc oculos verat qui se temptationi ins-  
gerit. Expedit temptationē anteruortere. Id quod aiunt. Oportet  
pr̄uenire. Qz q̄ hoc consiliū sycophantis sit ridiculū, ipsi tamē im-  
prudentes & ioco statuant, quod Paulus prudens & serio statuit. Suas  
det eīm coniugib; thorū & congressiōnem. Ne per incontinentiā ait,  
videant ad concupiscendū, vel tale quiddā admittanr, quo dū ex-  
eclarut. Matrimonia sua suū dei cun̄tis cōmendara, intēndio carnis me-  
dentur vna. A diaboli nuncio veita, cui ius non fuit illū vetandi.  
Cōuenit ergo mihi cum literis sacris. Non esse castū, concupiscentia p-  
ustum & alio iacentē semina. Adeo mittendū ad matrimonia libere  
cōsulo. Confitebunt & cōlibes ita lasciuīdō se data vora perfringere.

Geñ. 38.

### PECCANT TAMEN QVIA PRIMAM

#### FIDEM FREGER VNT.

Cōclusio 4.

Hec Cōclusio certa fuit prius q̄ Paulus Timotheo vētationē prescri-  
beret. Ne quas viduas māiores annis. 50. eligat, sed repulas professio-  
ne viduatis ad matrimonia compelleret. Quia plusculsi momēti vi-  
deatur uotū ante prohibitionē habere. Verum post interdicta uota cō-  
libatus nō potuerunt perfici, absq; parrocho perito in scriptura. Si  
cūi uxoris uotū nunq̄ consumatur, nīsi viri consensuſ subſcribat, fal-  
tem tacitus. Sic uota p̄fertim ardua, p̄ter Episcopi docti iudicij, nō  
perficiuntur. Verum etiam si non consumantur uota, cīra consensum  
talisi viri, qualis fuit Timotheus, tamen nō nihil uotendi temeritate pec-  
catur. Peccamus quia non possum⁹ id p̄fertare quod temere promi-  
simus. At leuis culpa fuerit, cui suapte benignitate dñs repropiciatur.  
Porro culpa admissit, cui dñs ueniam dat. Sed scriptura dicit. Si mulier  
sub potestate viri agens, uotū uel iuramentū super animā suam uinxit  
& vir quo die nosse coepit mulieris uinculū, contradicit, non impleat  
uxor uotum & propiciabitur illi dñs. Hic audis deū uxori propiciari,  
ergo peccat uxor. Clarum & est, in ditione positā, uiro reclamante,  
non debere uotū consumare factō. Nunc cum om̄es sumus mulieres  
uni uiro desponsae, nullū uotum censeo finiendū re, prius q̄ scierimus  
nutum sponsi, qui in scripturis loquitur & consultit. At is per os Pauli  
pellit minore. 60. annis. Itaq; uota uel nulla sunt, uel non implenda  
opere. Sic ab om̄i culpa nō affero iustos quib⁹ dō & cōsulo ut nubāt.  
Ergo in quis occasionē peccandi das, & ducis ad peccata. Quia cō-  
nubia suades, & fateris cōlibes contrahendo peccare. Dico in ea per-  
plexitate in qua ferocissimus pontifex nostrā aetatem iactauit iacētes,  
peccata utrīq; spectare. Nec fieri posse ut uitato uno, in alterum nō

i. Timoth. 5.

Numeri. 30.

i. Timoth. 5.

Numeri. 30.

impingamus. Atq; hoc casu grauius periculū esse evitandū, & tollerandū minus. Ex aduerso desideratur scriptura, Profer legem dei, atq; permittentē delictū leuius, ut grauius evites. Scripturā ostendo dicētem. Non est iustus in terra, qui benefacit & non peccat. Hæc autoritas concludit om̄ia opera sub peccati, & arguit om̄es bene operantes peccati. Adigit aut̄ ad beneficiendū dñs. Ergo ad id viciū quod deuitare non possumus. Deinde, Moses sinit vxores vouere, attamen illo ipso peccare pronunciāt, quod ait deū illi propiciaturū (vt dixi) si virores hitente, non expleat votū. Reliqua super scdeo.

Eccle. 7.

### Cōclusio. 5.

### MAIVS TAMEN MALVM INCONTINENS

admitit qui vſtus peccat, quā vxorem ducens. Sensus est, religiosi minus peccant ducento vxores, q̄ paciendo carnis incendiū. Hęc ex superius dicitis abunde firmatur, tamen probat etiā. Quia multa bona proficiuntur ex matrimonio. Ex incendio carnis quā bona veniūt. Matrimonii propagat liberos, fidei verbo efformat. homines auget, terrā excusat, & charitatī, & fidei, & alijs inuigilat. Cœlibatus per læpe filios necauit, terras desertas fecit, charitatē amputat, fidem labefactat. Coniugia om̄ibus ea sanctis, q̄ prophanis laudantur. Flamingū concupiscentię nusq; non abhorrentur. Qui ducit vxorē cōtra votū, peccat, sed leuiser, telā paleaceā Pontificis rumpēs. Perferens carnis ardorem rem abominandā facit, mala talia, qualia nō sinit elos qui honestas. Elocuti vero sumus aliqua talī criminū genera, vt naufragiam ingeneraremus cunctis hominib⁹.

### CASSER-

tio libri.

### CASSERTIO DEFENSIO QVE LIBRI.

Scribit amic⁹, si est, quē refert, libellū hunc obsecniorē, offendorem malehabentū, indignū Theologo, protin⁹ supprimendū. Is facit qđ plures emuli facient. Ceterū vt hui⁹ libelli fēditatē leuem. Edic quoque, num Theologū deceat, sermoni Biblico loqui? Ex Biblijs hæc sunt excerpta. Mithiq; crede potuisse turpiora excerptisse. Scioq; plecturis Biblia, pinde sordida ac obsecna obuentura. Negocū cū spūsanctō non meū Iesu habeat, dñm sequor, ei⁹ eloquor verba. Neq; ideo inueretur de & impudiceloquor, vt faciat, vel inuercidōs, vel impudicos. At infirmos vt medicarer, obsecnosq; a seceno dūctos & loqui & viuere caste efficiā. Item nō ambigo p̄ multos penitūdinis impleri doloreq; vehementi discruciar, cū grauitatē sceler⁹, quę indicauimus, sub adorari cuperint. Nā si tanta criminā, solū ostensa deterrent. Quid puras factura in congressu & prelio. Si vel oculi vel aures rerum voces vocabulaq; odisit, atq; velut mortes refugiant. Quanto patiore easdē res, timebit contumere manus. Non est iocundus eis contact⁹ rerum, quare aspectus eis terribilis. Vides ergo quid huic cordi insiderit. Simper etueris (dom⁹ exasperās) qui vel nō concuicāti vel fiant deictiores.

aut veluti nouis flāmis ardescant, istēc audientes. Num ideo Biblia cōcenda, & hūc librū dices delendū? Pro mea virili admiratōrū ad matrimonia trahere, a ecclōbijs religiosorū deterre, & id mulis modis, sum motu iacturū, cū fēdūtatis nauſea, & facinoris imanitatem. Siue nauſeas, siue crepas scriptū quod iure potui īmo debui scribere. Consilīū illud sciens non amplector, Amice Biblia vide.

### SACERDOTES EATENVS CASTITATEM

Cōclusio. 6.

Promittētes quatenus fragilitas humana permittit,

postūnt absq; p̄ctō, si volūt matrimonij se iūgēre

Notū est pro millioni illi, inesse conditionē, q̄ iūm extat, cū incendiū carnis crebriore cogrellione refrigerat. Ergo quid ē alī? Promitto me caste vieturū, qñ permittit humana fragilitas. Quā hoc nunq̄ caste vi uam, niſi per coitū sedatus fuerit concupiscentiā ardor, at dices stulta ē hēc promissio, quidni stultā confitear. Quia e stulto cerebro Rhoma, Pōficiis egressa. Atqui quid aliud, potuit humanus affectus, inimic⁹ deo inuenire? Ignorauerunt, & hodie ignorant Ponfices Rhomani, q̄ sic humānē fragilitatis vis & natura. Quia scripturas ignorant. Christus Math. 15.  
ait. De corde hōis exēunt fornicationes &c. Paul⁹. Scio quod non habat. Rhoma. 7.  
bitat in me bonū. Item, Caro concupiscit aduersus spiritū. Et Iacobus. Gal. 5.  
Concupiscentia cū conceperit parit peccatiū. Et Genesis, Cuncta cogi- Iacobi. 1.  
tatio hōis, intenra est ad malū om̄i tempore. Si cōrdis cogitatio fluit in Gen. 6.  
malum, quārō pōdere & p̄cipitiō fragilitas infirma ruat. Hoc ipsi non  
speculantur, iēo chymeras pariant.

### DEBERENT EPISCOPI SACERDOTES

Cōclusio. 7.

concubinarios ad matrimonia cogere.

Licitā sunt matrimonia & vna fornicationis remēdia, Paulo dicente, Propriet fornicationē quisq; suā vxorē ducat. Necq; alia medicamina vī demūs in lege dñi tributa. Ad illa deberent cogi concubinarij. Verū quia nihil cōmodi coniugia in culinas pontificū ingerunt, Iūm est, ad cōcubinas, quare colibitationē nummis mulētant crumas infaciūt.

Quid ē qđ toto celo Episcopi aberratis? & in re tā dilucida, qua nō pōt lucidior esse hallucinamini? Vel contingit Biblia, & cito inueniētis matrimonia bona esse, atq; persuasa om̄ibus in cōmuni, & ad ea cogendos, partū abstinentes. Resipiscite tandem, & auariciā istā proscrizite, ita vniuersus clerūs, & vos hōibus eritis multo chariores, & rem facietis deo īpensiūs gratiē, q̄ est coelibatus cōseruatio. Vālete & semel uos tanq̄ Christianos, ad vocem Christi conferte. Alioqui non coniugatos clericos pergetis disperdere, vestrū aliquot nominatim.

Vittemberg; ex officina Iohannis Grunenb; Anno M. D. XXI.

1844592